

Inst. F. COURBY
Cote 6799/T.B.
UER

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XVIII PARS 1

DE FOEDERIS THESSALORUM
PRAETORIBUS

SCRIPSIT

GUILELMUS KROOG



HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MCMVIII

Bibliothèque Maison de l'Orient



154607

Dissertationes philologicae Halenses cum praefatione Henrici Keilii. 8.

- Vol. I. 1873. IV, 334 S. *N. 6,—*
 Inhalt: M. Kleemann, Reliquiarum dialecti creticae pars I. glossae creticae cum commentariolo de universa creticae dialecti indole. — G. O. Gutsche, Quaestiones de Homericis hymno in Cererem. — E. Walter, De Taciti studiis rhetoricis. — W. O. Friedel, De sophistarum studiis Homericis. — E. Schinck, De interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — R. Kohlmann, De verbi graeci temporibus. — K. Zacher, De prioris nominum compositorum graecorum partis formatione.
- Vol. II. 1876. 305 S. *N. 5,—*
 Inhalt: Ad. Weingärtner, De Horatio Lucretii imitatore. — G. Votsch, Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Jo. Schmidt, De Herodotea quae fertur vita Homeri. — Aem. Doberentz, De scholiis in Thucydidem. — E. Matthias, de scholiis in Juvenalem.
- Vol. III. pars I. 1877. Pag. 1—280. *N. 6,—*
 Inhalt: Konradus Zacher, De nominibus graecis in *αιος, αια, αιων*.
- — pars II. 1878. Pag. 281—319. *N. 1,—*
 Inhalt: Aemilius Neidhardt, De Euripide poetarum maxime tragico.
- Vol. IV. pars I. 1877. Pag. 1—110. *N. 2,40*
 Inhalt: Richardus Hendess, Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit.
- — pars II. 1880. Pag. 111—434. *N. 6,60*
 Inhalt: B. Huebner, De temporum qua Aeschylus utitur praesentis praecipue et aoristi varietate. — Franciscus Voelker, De Graecorum fabularum actoribus. — E. Lange, Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — J. Segebade, Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — L. Hollaender, De militum coloniis ab Augusto in Italia deductis. — H. Karbe, De centurionibus Romanorum quaestiones epigraphicae.
- Vol. V. pars I. 1878. VII u. Pag. 1—132. *N. 4,—*
 Inhalt: J. Schmidt, De seviris Augustalibus. Adjecta est tabula.
- — pars II. 1883. Pag. 133—364. *N. 4,—*
 Inhalt: M. Baege, De Ptolemaeo Ascalonita. — Henricus Jungblut, Quaestionum de paroemiographis pars prior: De Zenobio. — H. Koob, De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — R. Zimmermann, Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quaeritur. Pars prior.
- Vol. VI. pars I. 1885. Pag. 1—232. *N. 6,—*
 Inhalt: C. Roos, De Theodoro Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — H. Karbaum, De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — E. Th. Schulze, De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

Fortsetzung siehe dritte und vierte Umschlagseite.

GUILELMUS KROOG

DE FOEDERIS THESSALORUM
PRAETORIBUS



Index opusculi.

	pag.
Prooemium	1
Caput I. De praetoribus Eusebii indicis	8
" II. De praetoribus usque ad Caesaris aetatem	18
" III. De aetatis Caesaris et Augusti eponymis	25
" IV. De Tiberii vel recentioris aetatis eponymis	47
" V. Fasti praetorum	59
Epimetrum	63

Permagna titulorum vel novorum vel rectius exscriptorum messe, quam Otto Kern in itineribus Thessalicis materia tota collecta ac perquisita fecit, magnopere incitatus sum, ut in fastos praetorum foederis Thessalorum, quos antea propter dispersas atque paucas inscriptiones, in quibus eponymi occurrunt, magnas lacunas obtulisse manifestum est, ex integro inquirere auderem, praesertim cum verba Erii Preuneri¹⁾ aliquid utilitatis huic consilio inesse me confirmassent atque O. Kern in titulis explanandis benignissime mihi permisisset, ut dubiis locis eetypa inspicerem. Etsi via ardua atque periculosa est, tamen non desistendum mihi videbatur, cum propter inscriptiones tantopere auctas nullo modo dubitari posset, quin ad accuratiora quam qui ante me in his versati sunt²⁾ in aetate praetorum definienda ascenderemus. Sed antequam ad singula accedamus atque res ipsas tractemus, significemus qua ratione utamur, ut toti quaestioni substruamus firmum fundamentum.

Ut probe ac penitus perspiciatur, quibus annis tituli sint incisi, diligenter perscrutemur litteraturam, quomodo saepe titulorum aetatem accuratius definiamus, quam rem ii qui antecesserunt plane praeterierunt. Tum non spernenda est dialectus, quam in nonnullis inscriptionibus usque ad Augusti fere aetatem invenimus. Tertio Francogallorum methodo utamur, qui fere solum e pecuniae a libertis datae et in manumissionibus commemoratae significatione (*στατήρες* aut *δηνάκια*) praetorum annos statuerunt. Nam usque ad Augusti aetatem semper apparent *στατήρες* *ιέ*, cum post

¹⁾ Ath. Mitth. XXVIII, 1903, p. 371.

²⁾ Niebuhr, Kleine Schriften I, 1828, p. 242 sq.; P. Monceaux, Fastes éponymiques de la ligue Thessalienne, Rev. arch. XI, XII, 1888; XIII, 1889; Jardé et Laurent, Inscriptions de la Grèce du Nord. Bull. Hell. XXVI, 1904, 361 sq.

Augustum aes Romanum irreperit. Sin autem tempus titulorum accurate definire volumus, non neglegendum est monetam Graecam recentioribus quoque temporibus usque ad Hadrianum¹⁾ in lapidibus occurrere. Itaque cum aetate imperatoria vocabula *στατήρες* et *δηράρια* promiscue adhibeantur, nullo modo fieri potest, ut solum hoc argumento utamur. In nonnullis tabulis, quae in Perrhaeborum finibus ex terrae latebris prodierunt, lapicidae aetate Augusti dimidii denarii < loco *ὀβολοῦς τέσσαρας*²⁾ insculpserunt, quae res multos scrupulos amovere videtur.

Duae etiam res monendae sunt. E magistratum eponymorum et manumissorum comparatione saepe aequales evadunt neque minus e formulis a scribis usitatis frequentissime aetas titulorum accuratius definiri potest.

Praetoribus in titulis commemoratis nummorum magistratus addendi sunt. R. Weilium³⁾ nomina verso scripta spernentem in universum recte iudicasse inde elucet, quod sex vel septem nomina recto impressa ad praetores pertinere aliis testimoniis certissimis confirmatur. Quodsi ita recte interpretamur, ex nummis argenteis hi praetores enumerari possunt: *Ἀνδροσθένης* (num. Berol.), *Νικοκράτης*, *Πολεμαῖος*, *Ἰταλός*, *Αυσικλῆς*, *Σωσίπατρος* (Perc. Gard.⁴⁾ 18. 22. 10, 11. 1. 27) eponymi alibi traditi. Accedunt *Μητρόδορος*, *Πύθων* (Mion. sup.⁵⁾ 25, 21), *Ἄγα*, *Πολυ*, *Ερ* (Mion. 35. 36, 15), *Σιμίας*⁶⁾ (J. v. Schlosser⁷⁾ p. 1). Ex museo Berolinensi tres alii⁸⁾ fastis Thessalorum inseruntur.

¹⁾ JG. IX 2, 546.

²⁾ Cf. JG. IX 2, 1042 III 74 O: $\approx \approx$ atque JG. IX 2, 1295, 15. 18; 1296, 9; 1297, ubi *τέσσαρας* vel *τέσσαρες ὀβολοῦς* litteris exaratos invenimus.

³⁾ Ztsch. f. N. I, 1874, 177 sq.

⁴⁾ Percy Gardner, Catalogue of Greek coins. Thessaly to Aetolia.

⁵⁾ Mionnet, Description de médailles antiques Grecques et Romaines II supplément III.

⁶⁾ Eundem nummum praebet Leake, num. Hell. European Greece p. 1. recto *Σίμων?* verso *Πολ.* Vestigia incerta, quae vir ille doctus „*Σίμων?*“ delineavit, certissime sunt vocanda ad Simiam, cum in nummo Schlosseri verso eadem litterae *Πολ* conspiciantur.

⁷⁾ J. v. Schlosser, Beschreibung d. altgriech. Münzen I, Wien 1893.

⁸⁾ Henrico Dressel maximas gratias debeo, qui benigniter mihi permisit, ut nummos Berolinenses ad quaestionem accuratius intelligendam inspicerem.

1. recto	Ἰππ	verso	∠ΙΑ ΩΗ Ἰππολόχου
2. "	Πε	"	Φιλοξενίδης Δ]αμοθοίνου
3. "	Πυθέου	"	Κοττυ

Nonnulla addamus, cum Weil non recte de nummis aeneis iudicasse videatur dubitans utrum praetores hic exstent necne. Nullo modo in suspicionem vocamus etiam in aere eosdem magistratus esse impressos, qui in argento et recto et verso occurrunt. Nam nomina duorum monetae generum minime inter se differunt atque sex nomina recto aeris impressa, quae hic enumerato, itidem vel lapidibus vel nummis argenteis seriei eponymorum attribuuntur.

Perc. Gard. 66, 67	recto	Φερεκρ[ά]της	
Mion. sup. 48	"	Φιλοκράτους,	verso Ἰτάλου Πετραῖος
Schlosser, l. l. n. 42	"	Σωσάνδρου	
Leake, l. l.	"	Ἰσαγόρ[ου ¹⁾	
" "	"	Πύθων[ος ²⁾	
num. Berol.	"	Πολ	

quod nomen mutilatum iam apud Mion. 36 in argento eponymum reperimus. Perinde nomina argento verso impressa ex aere colligimus, velut: Ἰταλος, Πετραῖος, Ἀλεξαν, Ἰππόλοχος, Φιλοκ κτλ. qua de causa mihi quidem res ita se habere videtur, ut omnia nomina in argento et aere recto signata eponymis Thessalorum sint inserenda. Ita rem pensitantibus scrupulum incient illa, quae Monceaux disseruit³⁾ ita concludens: *notre conclusion est donc que le nom de l'éponyme thessalien est insérit d'ordinaire en haut du revers. C'est seulement par exception qu'il passe sur la face.*

Iam Jardé et Laurent dixerunt, quam futes atque comenticiae opiniones illius sint. Monceaux sine ullo discrimine tractavit nummos tam variis casibus inscriptos. Invenimus enim hos casus:

1. duo nominativi verso impressi:

Perc. Gard. 10, 13, 14, 24, 25, 34, 35. Mion. 15.

¹⁾ Cf. Numismatic Chronicle, 1888, III. ser. v. IX, p. 251.

²⁾ ibid. 1892, III. ser. v. XII, p. 8.

³⁾ Rev. arch. XII, 1888, 305.

2. duo genetivi:

Perc. Gard. 20.

3. nomen superius genitivum inferius nominativum praebet:

Perc. Gard. 17, 21, 32. Mion. 9.

4. supra nominativus, infra genitivus invenitur:

Perc. Gard. 26, 33. Mion. sup. 6.

5. recto unum nomen forma nominativi vel genetivi, verso duo nomina inscripta sunt:

Perc. Gard. 10, 11, 18. Mion. 48. num. Berol.: recto Πε

verso Φιλοξενίδης
Δ[αμοθρίων] quae exempla maxime omnium docent virum

doctissimum Monceaux non recte interpretatum esse, cum appareat nominibus recto impressis eponymum significari, verso alios magistratus. Praeterea quaerendum est, quomodo Monceaux explanaverit eadem nomina partim supra partim infra exstare.¹⁾ Videmus illum hanc rem nullo modo enodasse. Nonne magna suspicione dignum esse videtur, quod nominum supra exscriptorum, quae Monceaux praetores esse putavit, ne unum quidem alio loco occurrit, cum nomina infra signata in lapidibus et apud scriptores saepissime inveniantur? Quid censebimus? Solis luce clarius est illum plane erravisse. Congeramus exempla, quibus probantur contraria.

Perc. Gard. 6	recto	—	verso	Ἀρμοδίων ²⁾
				Κρατεροφ
" "	8	"	"	Ἡρακλ
				Ἡγησίας
" "	23	"	"	Φιλίππου
				Θεμιστογένης
" "	34, 35	"	"	Φίλων
				Ἰππόλοχος

¹⁾ Cf. Perc. Gard. 3 et 16; 7 et 33; 18 et 20.

²⁾ Reputantes quomodo sit percipiendus genitivus, negemus necesse est patrem significari, quam sententiam a Warrenio (Essay on federal coinage, p. 21) defensam iam Weil (Ztsch. f. N. I p. 177) refutavit, cum idem nomen variis nominibus esse subscriptum appareat, praesertim cum partim supra partim infra exstet atque apud Perc. Gard. 20 duo nomina genitivum praebeant. Genitivum pro ἐπὶ cum casu secundo esse positum ad annum significandum alicuius magistratus monetalis Weil recte suspicatus esse videtur.

num. Berol. recto — verso			<i>Γοργίας</i>
			<i>Θεμιστογ</i>
Mion. 8	"	"	<i>Εὐκλεί</i>
			<i>Ἀγησαρετ</i>
Mion. 24	"	"	<i>Υπαλίδο</i>
			<i>Ἀγ]ησαρετ</i>
Mion. sup. 7	"	"	<i>Κασσανδρο</i>
			<i>Φερεκράτης</i>
num. Berol.	"	"	<i>Ἄρνια</i>
			<i>Ἀ]γησά(ρ)ετος</i>

Ut iam pressius constringamus, quam deruptam viam Monceaux inierit nomina verso superius percussa ad eponymos revocans, affero eos nummos, quorum duo nomina verso tradita alibi in numero praetorum apparent.

Perc. Gard. 12	recto — verso	<i>Κέφαλος</i>
		<i>Θεμιστογ</i>
" " 18	<i>Νικοκράτους</i> "	<i>Φιλοξε</i>
		<i>Πετραῖος</i>
" " 20	— "	<i>Πετραίου</i>
		<i>Πτολεμαίου</i>
" " 32	— "	<i>Φιλοκράτους</i>
		<i>Φερεκράτης</i>
Mion. 48	<i>Φιλοκράτους</i> "	<i>Ἰτάλου</i>
		<i>Πετραῖος</i>
Leake l. l.	— "	<i>Κύλλου</i>
		<i>Πετραῖο</i>
Num. Chron. ¹⁾	— "	<i>Νικοκράτη[ς]</i>
		<i>(Εὐ)βιότου</i>

Equidem credo e certissimis argumentis elucere magistratus infra et supra verso nummis impressos ad Thessalorum foederis eponymos minime pertinere. Priusquam autem in Thessalia nova materia ad lucem eruta erit, res ad liquidum non perduci potest. Sed confido aliquantum probabilitatis inesse deliberationi nomina verso signata spectare ad aliquod munus, quo praetores vel ante vel post praeturam fungebantur. Itaque nullo modo negari potest

¹⁾ 1898, III. ser. v. XVIII, p. 286.

illa nomina nos maxime in aetate praetorum constituenda adiuvare. Quibus expositis examinandi sunt illi nummi, qui unum solum nomen verso praebent. Nam indagandum est utrum Jardé et Laurent Weilium secuti recte illos in suspicionem vocaverint necne. Viri docti nomina illa ad eponymos spectare negaverunt afferentes:

Mion. 7 recto — verso *Διοκλη* quocum composuerunt Dioclem qui Italo praetore Perc. Gard. 10, 11 verso invenitur; praeterea comparaverunt Mion. 5 recto — verso *Ἀριστοκλής* cum Aristocle, quem Ptolemaeo praetore Perc. Gard. 22 verso praebet.

Elucet autem dubitationes illas non esse probabiles, cum fieri potuerit, ut Diocles atque Aristocles alio munere fungentes exscriberentur verso eorum nummorum, ubi recto praetores Italus et Ptolemaeus excepti sunt.

Equidem contendo nos illam haesitationem facile praecidere tota huiusmodi materia congesta.

Perc. Gard. 3	recto — verso	<i>Λεον</i>
Mion. 7	" "	<i>Διοκλη</i>
Mion. sup. 4	" "	<i>Ἰππόλοχος</i>
" " 1	" "	<i>Ἀριστοκλής</i>
Perc. Gard. 54, 55	" "	<i>Ἀλεξαν</i>
" " 57—59	" "	<i>Ἰππολοχο¹⁾</i>
Mion. 43	" "	<i>Τιμα[σίθεος</i> fortasse
Leake l. l.	" "	<i>Κεφάλου</i>

Quae omnia nomina Diocle atque Alexandro exceptis alibi in eponymis ipsis occurrunt, qua de causa haec quoque ad summos magistratus pertinere videantur. Fortasse non levidense est omnes praetores, quos ita periclitantes evicimus, ad unam seriem congerere, ut postea facilius ad eos provocare possimus.

Perc. Gard. 1	recto	<i>Αυσικλήου</i>
" " 10, 11	"	<i>Ἰτάλου</i>
" " 18	"	<i>Νικοκράτους</i>
" " 22	"	<i>Πτολεμαίου</i>
" " 27	"	<i>Σ]ωσιπάρχου</i>
Mion. sup. 25	"	<i>Μητροδώρου</i>

¹⁾ Mion. 42 recto — verso *Ἰππολου* quod haud scio an indiligenter exscriptum sit ex illo *ΙΠΠΟΛΟΥ*.

Mion. 15	recto	<i>Ερ</i>	
num. Berol.	"	<i>ἐπὶ Ἀνδροσθένους</i>	
" "	"	<i>Ἰπ</i>	
" "	"	<i>Πε</i>	
" "	"	<i>Πυθέου</i>	
Schlosser, n. 4	"	<i>Σιμίον</i>	
Perc. Gard. 36, 37	"	<i>Γανάνα</i>	
" " 47, 48	"	<i>Ἄγα</i>	
Mion. 36	"	<i>Πόλυ</i>	
Mion. sup. 21	"	<i>Πύθωνος</i>	
Mion. 48	"	<i>Φιλοκράτους</i>	
Perc. Gard. 56	"	<i>Ξεννιπ</i>	} fortasse idem eponymus
Leake l. l.	"	<i>Γεννιπ</i>	
Mion. sup. 35	"	<i>Φενίππου</i>	
" " 40	"	<i>Ἀγακλῆς</i>	
Perc. Gard. 62	"	<i>Ἰππα[ι¹] τας</i>	
" " 64, 65	"	<i>Νυσσάνδρου</i>	
" " 66, 67	"	<i>Φερεκράτης</i>	
Leake l. l.	"	<i>Ἰππαρχο</i>	
" "	"	<i>Ἰσαγορ</i>	
Schlosser, n. 42	"	<i>Σωσάνδρου</i>	
Perc. Gard. 3	verso	<i>Λεον</i>	
Mion. 7	"	<i>Διοκλι</i>	
Mion. sup. 4	"	<i>Ἰππόλοχος</i>	
" " 1	"	<i>Ἀριστοκλῆς</i>	
Perc. Gard. 54, 55	"	<i>Ἀλεξαν</i>	
" " 57—59	"	<i>Ἰπολοχ</i>	
Mion. 43	"	<i>Τιμα</i>	
Leake l. l.	"	<i>Κεφάλου</i>	

¹) Haud dubie Ἰππαίτας legendus est quam scripturam repperimus apud Sestini: Descr. num. vet. 1769, p. 143. Mion. 47 Ἰππαι.

Caput I.

De praetoribus Eusebii indicis.

His praemonitis initium disserendi sumimus ex illis praetoribus, quos Thessalia a dominatione Macedonum liberata foederi praefuisse Eusebius testis est.¹⁾

Antequam ad singulos praetores transeamus, verbis paucissimis illustrandum est, quomodo Niebuhr²⁾ atque Bergk³⁾ sagacissime explicaverint praeturam foederis anno 196 a. c. n. esse institutam, cum alii viri docti posterum annum magistratus illius natalem pronuntiaverint.⁴⁾ T. Quinctius Flamininus cum apud Cynoscephalas aestate a. 197 Philippum devicisset, libertatem a. 196 omnibus gentibus Graeciae Corinthi restituit atque Thessalos quoque, postquam a. 197 vera atque propria gubernatione caruerunt, foedere iam a. 196 instituto statim primum praetorem creare iussit. Cum rex post pugnam apud Cynoscephalas commissam undeviginti annos regnaverit atque Phryno praetore qui postremus septendecim eponymorum in catalogo Eusebii enumeratur a. 179/178, Ol. 150, 2 mortuus sit, satis perspicuum est unum praetorem in serie Eusebii excidisse, quam lacunam Monceaux, Bergk, Jardé et Laurent sanare conati sunt. At non bona remedia corruptelae illos attulisse evincere conamur.

a. 196/195 a. c. n. Pausanias, Echecratis filius Pheraeus eponymus est, quem eundem principem civitatis a Pheracis a. 191 ad Antiochum missum cum rege de pace egisse probabile est.⁵⁾

¹⁾ Eusebii chron. I p. 244 ed. Schoene.

²⁾ Kl. Sch. I p. 243 sq.

³⁾ Philol. XLII 251.

⁴⁾ A Carolo Mueller F. H. G. III 703 initium aerae huius Thessalorum a. 195/194 positum est, quam opinionem Weil sequitur.

⁵⁾ Liv. 36, 9.

Non quidem certum, tamen verisimillimum esse mihi videtur praetorem eiusdem nominis, qui JG. IX 2, 102b exstat, ad magistratum anni 185/184 pertinere.¹⁾

a. 195/194: Amyntas, Cratis filius Cierius,²⁾ neque in inscriptionibus neque nummis neque apud alios scriptores occurrit.

a. 194/193: Aeacides, Calliae³⁾ filius Metropolitanus, iterum a. 191/190 praetor.⁴⁾

a. 193/192: Hippodromus, Andromachi filius Larisaeus per octo menses, reliquo anni spatio:

Eunomus Policliti filius Larisaeus.

Preuner⁵⁾ loco Epidromi apud Eusebium Hippodromum restituit usus inscriptione Larisaea IX 2, 506,⁶⁾ quae nomine praefecti urbis Hippolochi filii Alexippi hac aetate statuenda est (cf. p. 16). Quaerenti num Niebuhr recte sit suspicatus⁷⁾ Romanos Hippodromo suspecto magistratum abrogasse, Bergk⁸⁾ illum mortuum esse circumspectius iudicare videtur, cum non verisimile sit Romanos libertate Thessalis nuper restituta tam violenter intercessisse.

a. 192/191: Eunomus Policliti filius Larisaeus iterum praetor, tertium a. 189/188.⁹⁾ Apud Livium¹⁰⁾ scriptum videmus

¹⁾ Cf. p. 13, 14.

²⁾ Eusebii codices alias lectiones offerunt „Piearius, Pierius vel Pierensis“. Sed Pierii erant Macedonibus subiecti, qua de causa vix Pierius quidam foederi Thessalorum praesse posset. Niebuhr coniecit ex Stephano „Πηρεύς“; cf. JG. IX 2, 205; sed Monceaux rectius scripsit Cierium.

³⁾ Eus. Callae, quod nomen suspectum Niebuhr mutavit.

⁴⁾ Bull. Hell. XXVI 374. Jardé Aeacidem errore aliquo inductus a. 193/192 posuit.

⁵⁾ Delph. Weihg. 64.

⁶⁾ JG. IX 2, 461 a 3 fortasse idem Hippodromus exstat, praesertim cum Leon Pausaniae filius hanc aetatem maxime commendat. Cf. p. 19.

⁷⁾ Kl. Schr. I 243.

⁸⁾ Philol. XLII 246.

⁹⁾ Eusebius scripsit: „rursum Eunomus anno primo“ et infra „dein Eunomus Policliti Larisaeus anno secundo“. Ego probo ea quae Niebuhr de illo „rursum“ exposuit Eunomum a. 193/192 eponimum non esse nominatum, qua de causa infra illud „primo anno“ (192/191) ortum est.

¹⁰⁾ 35, 39, 4.

Eunomum iuventutem Thessalorum conscripsisse, ut T. Quinctium Flaminiū a. 192 adiuvaret.

a. 191/190: Aeacides Calliae filius Metropolitanus iterum praetor.

a. 190/189: Praylus¹⁾ Phoxini filius Scotussaeus. Inscriptio Delphica (Dittenberger, Syll.² 268) eundem Praylum anno 188 praemio proxeniae a Delphis affectum esse apparet; versu 113 illius decreti *Πράυλον Φοξίνου Σκοτουσσαιων*, v. 165 alium praetorem *Θρασύλοχον Αλεξάνδρου Ατράγιον* a. 186²⁾ honoratum invenimus, quamobrem Dittenberger³⁾ non recte iudicavit utrumque eo maxime tempore cum foederi praesesset, ornatum esse. Praylus postquam munere se abdicavit, proxeniam accepit, cum Thrasylocho, dum praetura fungitur, a Delphis illud praemium tribuatur.

Frater Prayli Nicocrates a. 183/182 praetor fuit.

a. 189/188: Eunomus Policliti filius Larisaeus tertium eponymus.

a. 188/187: Androstheneſ Itali filius Gyrtionius, de cuius familia nonnulla dicenda sunt. Omnia instrumenta docent in duabus urbibus et Gyrtone et Larisae magistratus eiusdem nominis, quos aliquo vinculo inter se coniunctos esse Preuner disseruit⁴⁾: familiam Gyrtioniam aut tumultibus a. 48 a. e. factis Larisam emigrasse aut aliquam partem familiae civitate Larisaeorum⁵⁾ aliquando esse donatam. Testimonia, quae stemma adiuvant, sunt haec:

JG. IX 2, 525 *ἀγωνοθετοῦντος τῶν Θεσσαλ[ῶν] Ἀνδροσθένου τοῦ Ἰτάλου Γυρτωνίου[v]* quem ad eponymum anni 188/187 pertinere certum est.

IX 2, 104, 109 *στραταγέοντος Πτολεμαίου τοῦ Θε[μι]-στογένεος Γυρτωνίου.*

¹⁾ Eus. Pravius, Phaxae Kutusaeus, quibus corruptelis lapides medelae fuerunt.

²⁾ Preuner, Delph. Weihg. 68.

³⁾ Dittenberger Syll.² 268 secutus est Weillium initium catalogi a. 195/194 ponentem.

⁴⁾ Ath. Mitth. XXVIII, 1903, p. 380.

⁵⁾ JG. IX 2, 517.

Perc. Gard. 22 *Πτολεμαίου* verso *Ἀριστοκλῆς* aetate Caesaris.

IX 2, 109 b 1 *στραταγέοντος Ἰτάλου τοῦ Φιλίσκου Γυρτωνίου* aetate Caesaris.

IX 2, 219, 3 *Ἀνδροσθένης [Θεμισ]σ[τ]ογένους Γυ[ρτωνίου]σ πρόξενος Θαναζακῶν*; aetatem Caesaris significat praetor Isagoras (v. 1).¹⁾

IX 2, 534, 12 *Πετραῖος [Θεμιστογένους Θεσσαλὸς ἀπ[ὸ] Γυρτωνὸς ἀφιπποδρομῶν*.

Mion. 77 verso *Πετραίου*

Πτολεμαίου.

IX 2, 415 a 9 *ἐπὶ στρατηγοῦ Θεμιστογένους τοῦ Ἀνδροσθένης* circa a. 27 a. c. n.

IX 2, 532 *Θεμιστογένους τοῦ Ἀνδροσθένης τοῦ ταγέοντος [τὴν πρώτην χώραν (Larisae aetate Augusti) cuius filii in catalogis victorum enumerantur:*

IX 2, 532 v 26 *Ἀνδροσθένης Θεμιστογένους*.

IX 2, 531, 33 *Εὐπαλίδης Θεμιστογένους*.

Caes. b. c. 3, 80 *Androsthene* praetor a. 49/48 a. c. n. in nummo Berol.²⁾ *ἐπὶ Ἀνδροσθένης* verso *Ἀριστοκλῆς*.

Cum patrem ac patriam Androsthene qui a. 49/48 praetor fuit, ignoremus, et Gyrtionis et Larisaeis pariter attribui potest. Sed aliquid verisimilitudinis inest patrem fuisse Themistogenis aetate Augusti praetoris atque Larisaeis adscribendum esse, ad quam opinionem deferimur, cum tempus Androsthene eponymi (a. 49/48) et Themistogenis magistratus (circa a. 27) maxime inter se congruat. Praeterea Androsthene adversarium partium³⁾ Petraei Gyrtionii cognovimus, qua de causa item Larisaeis melius immisimus. Quas res si respicimus, Gyrtioniorum hoc stemma enascitur:

¹⁾ Cf. p. 27, 28.

²⁾ Hunc nummum non pertinere ad praetorem a. 188/187 ex ea re colligitur, quod coniunctus est nomine Aristoclis cum Perc. Gard. 22 recto *Πτολεμαίου* verso *Ἀριστοκλῆς* quem Ptolemaeum aetate Augusti Thesalis praefuisse manifestum est.

³⁾ Caes. b. c. 3, 80.

Italus

Androsthene praetor a. 188/87

ἀγωνοθετῶν τῶν Θεσσαλῶν JG. IX 2, 525

Themistogenes aetate Caesaris

Ptolemaeus praetor IX 2, 104, 109	Petraeus praetor Caes. b. c. 3, 35 vicit ἀφιπποδρομῶν La- risae IX 2, 534	Androsthene πρόξενος Θανμα- κῶν IX 2, 219
--------------------------------------	--	---

Perc. Gard. 22

Eadem familia enatus esse videtur Italus, Philisci filius Gyrtonius, aetate Caesaris praetor.

Larisaci:

Androsthene praetor a. 49/48 Caes. b. c. 3, 80. num. Berol.

Themistogenes praetor circa 27 a. c. n. IX 2, 415 a, ταγός
Larisae IX 2, 532.

Androsthene IX 2, 532, v. 26 ἀνδρας στάδιον vicit	Eupalides IX 2, 531, v. 33 παῖδας πανκράτιον vicit.
---	---

Sed iam pergamus Eusebii praetorum indicem interpretantes.

a. 187/186: Thrasylochus¹⁾ Alexandri filius Atracius, frater praetoris Theodori. Quo anno Thessalis praefuerit, Thrasylochum honore proxeniae a Delphis ornatum esse iam p. 10 diximus.²⁾

a. 186/185: Leontomenes, filius Damothoeni Pheraeus, frater Pausaniae praetoris a. 185/184. Eundem Leontomenem reperimus in titulis JG. IX 2, 64; 274, 1 quare commotus Kern JG. IX 2, 67 idem nomen supplevit. Eadem familia fortasse ortus est qui vicit³⁾ ἀφιππολαμπάδι [... Α]λεοντομένους Θεσσαλὸς ἀπὸ Φερῶν.

¹⁾ Eus. Thrasimakhus Atraganus.

²⁾ Dittenberger, Syll.² 268, 163.

³⁾ JG. IX 2, 528, 19.

a. 185/184: Pausanias antecedentis frater. JG. IX 2, 102 a 6 idem nomen occurrit, quem Pausaniam Jardé et Laurent cum illo, qui a. 185/184 munere functus est,¹⁾ coniunxerunt confisi praeturae „Hippolochi“. JG. IX 2, 102 b 2 non *Ἰππόλοχος*, sed nihil nisi illud mutilatum *Ἰπ* exscriptum est, quod varie suppleri potest. Praeterea cur Jardé illum Sosipatrum v. 12 ubi certe²⁾ *στρ(ατηγοῦντος)* supplendum est, omnino neglexerit nescimus. Apud Eusebium ille desideratur, unde colligimus non protinus esse comparandos duos illos praetores, quibus nomen Pausanias est. Sed si Jardé diligentius Sosipatrum illum considerasset, rationi eius aliquid probilitatis fuisset. Nam in illa serie quam Eusebius tradidit, praetorem unum excidisse iam p. 8 commemoravimus, quam lacunam Bergk secunda praetura Hippolochi explevit.³⁾ Nisi Jardé et Laurent illam corruptelam silentio praeterissent, aliquod columnen atque firmamentum eius quod proposuerant, repperissent. Equidem credo me alia quoque coniectura sententiam meam fuleire ac sustinere posse. Nam nummi quoque praebent Sosipatrum:

Perc. Gard. 27 recto *Σῶσιπάτρου* verso *Κοττι*.

Perc. Gard. 24, 25 recto — verso *Σωσίπατρος*
Γοργώπας

Gorgopas ille occurrit in alio nummo cum Cleippo quodam coniunctus:

Perc. Gard. 13, 14 recto — verso *Κλέιππος Γοργώπας*.

Jardé et Laurent Cleippum illum connexuerunt cum filio Leontis eiusdem nominis, quem continet decretum amphictyonum⁴⁾ (anno 130⁵⁾ a. c. n.). Itaque cum Cleippus aequalis Sosipatri spectet ad aetatem fere praetorum, quos Eusebius tradidit, non dubito proponere Sosipatrum, quem nummi praebent, cum titulo IX 2, 102 coniungendum esse; quomodo alterum grave argumentum attulimus illos praetores Pausaniam et Sosipatrum (JG. IX 2, 102) ad Eusebium pertinere, neque animi pendemus commendando

¹⁾ Bull. Hell. XXVI 364.

²⁾ Ectypo accurate inspecto felicissime accidit, ut illud supplementum lectione ipsa † certissime stabiliatur.

³⁾ Bergk, Phil. XLII 251.

⁴⁾ Bull. Hell. XXIV 83.

⁵⁾ Bull. Hell. XXIV 92.

Iacunam Eusebii post Pausaniam praetorem a. 185/184 usque ad Hippolochum, quo ex nomine nunciam facilius illud *Ιπ* emendare possumus, statuendam atque nomine Sosipatri esse supplendam.¹⁾

Sed paululum etiam subsistamus in nummo Perc. Gard. 27

recto *Σ]ωσιπάτρον* verso *Κοττυ*

quo nisi alium praetorem quem in moneta simili quadam musei Berolinensis designavimus, his fere annis inserere possumus:

recto *Πυθέον* verso *Κοττυ*

quo ex nomine satis patet Sosipatrum atque Pytheam fuisse aequales. Cum Eusebius careat Pythea, paulo post a. 178 statuimus.

In interpretatione nummi Mion. 22 verso *Σώπατρος*

Σωπατ

Weil infra „*Γοργώλας*“ suspicatus est,²⁾ qua coniectura monetam aetati Sosipatri, Pythae attribuentem esse verisimile est. Sed alia malumus periclitari. Qua de causa ego nummum illum arcessam, ex lapide IX 2, 339 satis probabile fit:

[*Ιππαρχοῦντος* - - - τοῦ Π]αραμόνου ταμειό[ν-]

[*τος* - - - στρατηγ]οῦντος Σωπάτρον

cuius magistratum Sopatrum Kern non recte ad Mion. 22 revocasse mihi videtur, cum perspicuum sit monetam illam esse signatam ante imperatoriam aetatem quippe quod ab his temporibus recto effigie imperatoris verso nomine praetoris nummi cudantur. Explorantes, quibus annis manumissio IX 2, 339 sit exarata, dubitare non possumus, quin imperatorum Romanorum temporibus Cyretienses titulum foras emisissent, quae res elucet sola e pecunia quam liberti solverunt: *δηνάρια κβ' <*. Aes Romanum autem nisi in tabulis aetatis imperatorum non occurrit. Eodem modo ligaturae *Ν*, *Ϝ* tendunt ad aetatem recentiore. Praeterea iam supra exposuimus nomina duo verso nummorum tradita non pertinere ad eponymos summos. Denique illud supplementum *στρατηγ*] melius initio tituli exspectatur loco *ίππαρχοῦντος*³⁾ quibus de causis Sopatrum cum praetoribus consociare non audeo. Ita longius digressi ad praetores veros redeamus.

¹⁾ Quae Monceaux de corruptela dixit, qui Damothenum instituere vult, iam a popularibus eius reiecta sunt, cum Damothenus a. 160/159 Thessalis praecesset, ut infra disertius egimus.

²⁾ Ztschr. f. N. I p. 178.

³⁾ Cf. JG. IX 2, 507.

Itaque postquam Sosipatrum anno 184/183 posuimus, a. 183/182 Theodorus Alexandri filius Atracius successit, cuius fratrem Thrasylochum iam supra cognovimus. Ex titulo Lamiensi IX 2, 65 patet pro Argivo ¹⁾ Atracium esse emendandum: *στραταγέοντος τῶν Θεσσαλῶν Θεοδώρου [τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀτραγίου]*.²⁾

Eundem praetorem nomine mutilato tenet decretum proxeniae IX 2, 107: *Θεο* ---; ad hunc quoque eponymum certe spectare puto illum Theodorum Alexandri filium Atracium, qui Larisae *κλέητι τελείωι* vicit,³⁾ quae opinio ea re fulcitur, quod v. 15 invenitur *Ἀριστοκλῆς Κλεομαχίδου*, qui Cleomachides ab Eusebio a. 180/179 positus est. Eandem aetatem significat ille Thrasippus⁴⁾ filius Nicatoris Larisaeus quem illius patrem putamus,⁵⁾ qui anno 178/177 hieromnemon fuit: *Πολύξενος Θρασίππου Λαρισαῖος*. Tria argumenta igitur monent, ut JG. IX 2, 526 ad aetatem seriei Eusebii referamus.

a. 182/181: Nicocrates, Phoxini filius Scotussaenus,⁶⁾ frater Prayli praetoris. Fortasse ad hunc magistratum adduci potest titulus IX 2, 462:

*στραταγέοντος
Νικοκράτους
ταγεοντ*

quae Kern recte supplēvisse videtur. Sed haec sunt minora, cum semper aliquid dubitationis haereat, utrum inscriptionem cum praetore a. 182/181 connectamus an ad primi a. c. saeculi homonymum eius relegemus, quem praebet Perc. Gard. 18 *Νικοκράτους* verso *Φιλοξενίδου Πετραῖος*.

Praeterea Nicocrates cohaeret cum Cephalo et Themistogene⁷⁾ quae nomina ad finem primi saeculi a. c.⁸⁾ spectant.

¹⁾ Eusebius.

²⁾ Hunc titulum respicientes non omittimus corruptelam v. 4 --- α τοῦ *Εὐβουλῖδα*, quam Pomtow, Neue Jahrbücher f. Philologie CXLIX, 1894, 556, 100, ex lapide IX 2, 69, 4, qui circa a. 130 exaratus est *Πυρρία τοῦ Εὐβουλῖδα* supplēvit.

³⁾ JG. IX 2, 526, 17.

⁴⁾ JG. IX 2, 526 v. 21.

⁵⁾ Ath. Mitth. XXVII 371. Dittenberger, Syll.² 293, 4.

⁶⁾ Eus. falso Phaxinae Kotunensis.

⁷⁾ Mion. sup. 14.

⁸⁾ Cf. p. 38, 39.

a. 181/180: Hippolochus Alexippi filius Larisaeus praetor fuit, quem a Thessalis Pheras in praesidium missum, ut urbem ab Antiocho rege anno 191 defenderet, iam omnibus itineribus obsessis Scotussam se recepisse Livius testis est.¹⁾ Eundem Hippolochum Alexippi filium in numero hieromnemonum Delphis²⁾ a. 178/177 reperimus. Hippolochum Thessalis alterum praefuisse titulo IX 1, 689 confirmatur: *στραταγοῦντος Θεσσαλῶν [μὲν Ἰππολόχου τοῦ Ἀλεξίππου [τὸ δεύτερον Λαρισαίου, qua secunda praetura Bergk atque Jardé³⁾ ut lacunam Eusebii persanarent usi erant. Sed ut supra explicavimus, Sosipater supplendus est, qua de causa alteram praeturam Hippolochi post annum 178 finem Eusebii catalogi statuimus.*

Fortasse ad hunc praetorem referri potest Mion. sup. 4 recto — verso *Ἰππόλοχος,*

num. Berol. recto *Ἰππολόχου* verso *ΖΙΑ ΩΗ*

* *Ἰππολόχου.*

Patrem praetoris praebet decretum illud Philippi regis⁴⁾ a. 214 a. c. Larisaeis datum: *Ἀλεξίπποι Ἰππολοχίῃσι,* qui tum in numero magistratum Larisae erat; „Patrem“ Alexippum, Hippolochi filium reperimus JG. IX 2, 505 *ταγερόν[του]ν Ἀλεξίπποι Ἰππολοχ[εῖσι].* Ad Hippolochum praetorem ipsum fortasse pertinent nomina mutilata: JG. IX 2, 133, 1 *στραταγέοντος Ἰππολ* atque illud iam supra tractatum *Ἰπ* JG. IX 2, 102 b 1 quod, cum Pausanias prope adsit, nunciam facilius *Ἰππόλοχος* suppletur. Certum est nomen JG. IX 2, 506 exscriptum *ταγερόντο[v]ν Ἰππολόχοι Ἀλεξίππεισι* propter dialectum ad praetorem esse revocandum, quo neque minus spectat titulus sepulchralis⁵⁾ *Ἰππόλοχος Ἀλεξίππειος,* cum scripturae ductus aetatem tertii vel secundi a. c. saeculi significet. Praeterea iamdudum notus est filius praetoris, Alexippus, qui post a. 178 praetura functus a Thaumacorum civibus proxenia honoratur.⁶⁾

¹⁾ Liv. 36, 9.

²⁾ ibid. 453, 1.

³⁾ Philol. XLII 251. Bull. Hell. XXVI 364.

⁴⁾ JG. IX 2, 517, 24.

⁵⁾ JG. IX 2, 700.

⁶⁾ JG. IX 2, 11, 9; 218; 223. Monceaux, Bull. Hell. VII 44 Alexippum circa a. 160 posuit.

Quodsi familiam praetoris recte interpretati sumus, ad stemma gentile Hippolochi Larisaei procedimus:

Hippolochus

Alexippus a. 214 *ταγός* Larisae JG. IX 2, 505, 517.

Hippolochus a. 181/180 praetor JG. IX 2, 102, 133.

post a. 178 iterum. JG. IX 1, 689. *ταγός* Larisae JG. IX 2, 506.

Alexippus

post a. 178 praetor

JG. IX 2, 11, 218, 323

JG. IX 2, 218

πρόξενος Θανμακῶν.

Hippolochus

JG. IX 2, 218

πρόξενος Θανμακῶν.

a. 180/179: Cleomachides Enei filius Larisaeus. Ut iam p. 15 vidimus, idem Cleomachides pater est Aristoclis, qui Larisae *κέλητι τελείωι* vicit.¹⁾ In nummis nomen illud cum Pythone coniungitur: Perc. Gard. 23 recto — verso *Πύθωνος Κλεομαχίδ[ης]*.

Itaque Pythonem praetorem (Mion. sup. 21, 34), si Cleomachides ad eponymum Eusebii spectat, recte huic aetati adscribi facile credas; attamen aliquid ambiguitatis haerebit, cum in manumissione IX 2, 1042, III 96, quam aetate Augusti esse insculptam p. 39 sq. evicimus, itidem eponymus Cleomachides occurrat, qua de causa in dubio est, utrum Python secundo a. Chr. saeculo ineunte an primo exeunte ponendus sit. Imperatore Nerone iterum Python quidam Thessalorum res gessit.

a. 179/178: Phrynus,²⁾ Aristomenis filius Gomphensis Thessalis praefuit, quo imperante Philippus rex Macedonum obiit. In illo decreto³⁾ quod iam supra commemoravimus, exscriptus est in numero hieromnemonum Delphorum *Πόλλυχος ὁ Φρόνον Γομφεύς*. Cum decretum anno 130 a. Chr. datum sit, Jardé et

¹⁾ JG. IX 2, 526.

²⁾ Eus.: Phyrinus.

³⁾ Bull. Hell. XXVI 83.

Laurent patrem Pollichi hunc Phrynum fuisse recte collegerunt,¹⁾
in quam opinionem iam Bergkius ipse venit.²⁾

Caput II.

De praetoribus usque ad Caesaris aetatem.

a. 172/171: Hippias praetor, qui cum T. Minucio Rufo Gyronem urbem Thessaliae occupavit, antequam Antiochus rex appropinquaret.³⁾

Paulo post 178 a. Chr.: Alexippus⁴⁾ Hippolochi filius Larisaeus, cuius pater anno 181/180 primum eponymus fuit. Cum titulo IX 2, 11⁵⁾ connectimus JG. IX 2, 218, ubi aliqua fide *στρατηγούντοϛ*] emendatur. Certum est Alexippum praetorem fuisse eundem, cui in eadem inscriptione una cum fratre Hippolochi praemia proxeniae a Thaumacorū civibus sunt tributa.⁶⁾

Circa a. 170: Proteas⁷⁾ Monimi filius Metropolitanus, quem huic anno Wilhelm attribuit,⁸⁾ cum *τὸν ἐνεστ]τακότα πόλεμον* ad bellum a Perseo cum Romanis gestum revocaverit.

¹⁾ Bull. Hell. XXVI 365.

²⁾ Philol. XLII 253.

³⁾ Liv. 42, 54.

⁴⁾ JG. IX 2, 11, v. 9; 323.

⁵⁾ Quamquam Hypatam illis temporibus Aenianum foederis urbem fuisse verisimile est, tamen nomen eponymi Thessalorum in huius tituli capite exsculptum est. Sed nolumus ex ea re coniectare illa foedera et Aenianum et Thessalorum iam tum in unum corpus esse confusa, cum vel usque in primum a. Chr. saeculum in marmoribus *τὸ κοινὸν τῶν Αἰνιάνων* appareat. Titulum honorarium IX 2, 37 circa annos 148—146 esse incisum nomina demonstrant. Decretum IX 2, 38 inter annos 88—80 fere est exaratum. Ab Augusti aetate semper praetor Thessalorum in titulis Hypatae invenitur neque usquam foederi Aenianum occurrimus; itaque putamus tum *τὸ κοινὸν τῶν Αἰνιάνων* cum Thessalis ita coaluisse ut Perrhaebos. Cf. Pomtow, Jahrb. class. Philol. 1897, p. 791.

⁶⁾ Bull. Hell. VII 427 pater Alexippi, non Alexippus ipse (Monceaux rev. arch. XII 313) magistratus Delphorum est. Nescio an Alexippus idem sit, quem nummus quidam (Ztsch. f. N. X 74) servavit recto — verso *Ἀλεξίππο(υ) Νικάτορ*

$$H \begin{matrix} \rho \\ \alpha \end{matrix}$$

⁷⁾ JG. IX 2, 66 a.

⁸⁾ Bull. Hell. XXIV 219.

Circa a. 168 Peissaretus¹⁾ eponymus Thessalorum fuit, quod patet ex decreto IX 2, 258, ubi tres Romani a Cieris honoribus proxeniae ornantur: *Μαάρχοι Λευκίου Περπέννα Ρουμαίοι, [Μα]άρχοι Γάτον Ποπιλλίοι, Κοίντοι Μαάρχων Πακτομήοι κτλ.*

Fougères sagaciter explicavit,²⁾ qui Romani illi fuissent, cum M. Perpernam L. filium ad illum referret, qui a senatu a. 168 in Illyriam ad Genthium regem missus est.³⁾ De M. Popillio C. filio nihil certi scimus. M. Popillius Laenas P. filius a. 174 in Macedonia versatus est. Praeterea notus est M. Popillius, cuius nomen patris deest, qui legatione a. 154 in Liguria functus est. Denique M. Popillium quendam tribunum militum a. 169 Meliboeam in urbem Thessaliae iter vertisse⁴⁾ monemus. M. Pactumeius M. f. in titulo dedicatorio Delio invenitur.⁵⁾ Sed gravioribus argumentis elucet praetorem illum ad hanc aetatem pertinere, cum sermo Thessalicus,⁶⁾ formula atque ratio scribendi, geminatio vocalium maxime admoneant, quibus annis inscriptio sit incisa. Jardé et Laurent ad hunc eponymum revocaverunt nomen illud, quod in nummo Mion. sup. 13 correptum legerunt: recto *Μητροδώραον* verso *Πις*,⁷⁾ qua de causa Metrodorum his temporibus adscriperunt. Sed hanc coniecturam nimis audacem reicio, cum in marmore *Πεισσαρε* appareat.

Eisdem fere annis: Leon⁸⁾ filius Pausaniae Metropolitanus. Nonne consentaneum est propter dialectum Thessalicam atque litteraturam aliquid verisimilitudinis inesse inscriptionem

¹⁾ Fougères atque Jardé non accurate exscriperunt *Πεισανδ* Bull. Hell. XXVI 365; XIII 400.

²⁾ Bull. Hell. XIII 402.

³⁾ Liv. 44, 27, 32; App. b. Mac. 18.

⁴⁾ Niese, Gesch. d. griech.-maked. Staaten III 149. Liv. 44, 13.

⁵⁾ Bull. Hell. XXIII 57.

⁶⁾ De forma *Πετθαλοῶν* cf. JG. IX 2, 517 v. 18 atque JG. IX 2, 461, 14 ubi Prellwitz, de dial. Thess. 5. *Πε[τθαλοῶν]* recte emendavit. Cf. etiam Ztsch. f. N. XVI, 1888, p. 91 ubi Rhousopoulos nummum quendam in publicum emisit, qui ab illo sermone non alienus est: recto effigies Iovis, verso equus *ΝΩΛΑΘΤΞΓ*.

⁷⁾ Francogalli: Pisander.

⁸⁾ JG. IX 2, 416 b v. 15, 28.

cum Peissareto coniungi? ¹⁾ Quo anno Leon Pausaniae filius Thessalis praefuit, a Crannonis civibus proxeniae praemio affectus est. ²⁾

Anno 160/159 Damothoenus Thessalorum res administravit, qui praescriptus est decreto Delphico, ³⁾ quod Andronico sacerdote a. 160/159 ponitur. ⁴⁾

Circa a. 140: Thessalus ⁵⁾ Thrasymedis filius Pheraeus. Latyscheff et Dittenberger ⁶⁾ nomine C. Hostilii Mancini Auli filii (v. 8) inscriptionem IX 2, 89 inter annos 150—147 stabiliverunt. Cursum honorum respicientes praeturam C. Hostilii Mancini, qui a. 137 consul in Hispania contra Numantinos bellum gessit, circa a. 139 ponimus. Biennium enim inter praeturam ac consulatum lege Villia annali interiectum est. Fortasse autem ille iam paulo ante a. 139 praetura functus est. Quam ad aetatem optime convenit, quod *Μελιταιὸς Λαμπρόμαχος Πολίτα* (v. 15) frater fuisse videtur *Πολυσάωρος Πολίτα*, qui Homero praetore (a. 145/144) ⁷⁾ Melitaeensium archon ⁸⁾ fuit. Sed illi argumento, quo viri doctissimi ad tituli aetatem definiendam utuntur, res Thessalorum docere Thessalum eo anno ponendum esse, antequam Thessalia in formam provinciae redacta sit, obistamus necesse est. Dittenberger atque multi alii docti imprimis ii, qui indicem eponymorum antea statuere conati sunt,

¹⁾ Cum viri docti Leontem Pausaniae filium Metropolitanum omnino neglexerint, Kern, dum titulum IX 2, 461 b interpretatur, non accurate adducit Bull. Hell. XXVI 365, ubi Jardé et Laurent pertractaverunt non hunc praetorem, sed Leontem Agesippi filium Larisaeum.

²⁾ Ulla quidem fide dici non potest, utrum nummi verso *Λέον[τος?]* inscripti (Mion. sup. 5) ad hunc eponymum an Leontem Agesippi filium pertineant.

³⁾ S. G. D. J. 1720.

⁴⁾ Pomtow, Delphi, P. W. IV 2637. Haesitantibus, num nummi illo nomine signati recto *Πε* verso *Φιλοξενίδης* *Δαμοθόλον* ad hanc aetatem spectent, solis luce clarius obvenit rem ita non se habere, quoniam Philoxenides alibi cum Petraeo coniungitur, aetate Caesaris praetore. Fortasse illud *Πε* ex Petraeo correptum est; nam Petraeus alio loco aequalis Philoxenidae occurrit. Perc. Gard. 18.

⁵⁾ JG. IX 2, 89, 6—7.

⁶⁾ Latyscheff, Bull. Hell. VI 370. Syll.² 307, 2.

⁷⁾ Cf. p. 21.

⁸⁾ S. G. D. J. 2138, 2, 8.

non recte omnia Graeciae *κοινά* a. 146 a Romanis esse dissoluta indicaverunt, cum foedera velut Thessalorum et Aetolorum integro statu permansisse ex titulis maxime pateat. Priusquam autem de hac quaestione gravissima disertius agemus atque ad eos lapides adibimus, qui huius testimonio rei offerunt, paululum quoque de Thessali successore addamus.

Ex JG. IX 2, 89, 1—7 coniciendum est Leontem Agesippi filium Larisaeum Thessalo successisse. Nomen patris iniquitate temporum ita laesum est, ut nihil nisi illud *γησίππου* iam superfuerit, quam corruptelam Kern certe sanavit ansam firmissimam habens ex JG. IX 2, 509: *ΓΗΣΙΠΠΟΥ Ἀ]γησίππου*, cum Dittenberger alia nomina veluti *Κλησίππου*, *Γρησίππου* proposuisset. Litteratura manumissionis Lamiensis IX 2, 74, cui itidem Leon praescriptus est, non discrepat a tabula IX 2, 89, qua de causa aliquid probabilitatis inest opinioni magistratus esse eosdem. Quibus tractatis titulum utilissimum Delphorum evocemus, quo probatur foedus Thessalorum minime a. 146 esse resolutum. Inscriptio illa Delphica¹⁾ ita datur: *Στραταγέοντος τῶν Θεσσαλῶν Ὁμήρου Λαρισαίου, ἐμ Μελιτεῖαι δὲ ἀρχόντων τῶν περὶ Πολυσάωνα μῆρὸς [Πυθ]ολίου, ἐν Δελφοῖς δὲ ἀρχοντος Εὐκλέος μῆρὸς Ποιτροπίου κτλ.*

Homerus igitur fuit eponymus Thessalorum Eucle archonte Delphorum, quem a. 145/144 illo munere functum esse Pomtow nos docuit.²⁾ Cum Homerus a. 145/144 Thessalis praefuerit, certissime constat foedus a. 146 intactum permansisse atque viros doctos maxime errasse eponymum iam ante a. 146 ponentes. Ex aliis Thessalorum titulis, de quibus statim³⁾ agemus, evidentius elucebit, quod proposuimus. Praeterea moneamus Aetolorum lapides aequae docuisse foedus non esse dissolutum.⁴⁾ Cum Monceaux, Jardé, Laurent ad rationem

¹⁾ S. G. D. J. 2138.

²⁾ Delph. Chron. P. W. IV 2641.

³⁾ p. 22—24.

⁴⁾ Cf. Nachmanson, Ath. Mitth. 1907, 58 sq. Cf. etiam de his quaestionibus Niese, Gesch. der griech.-maked. Staaten seit der Schlacht bei Chaeronea, III 356, qui omnes illas civitates, quae belli Achaici fuissent expertes, in antiquo statu permansisse, velut Acarnanes, Amphilochos, Aetolos, Aenianes, Oetaeos, Dolopes, Thessalos, Perrhaebos, Magnetes exposuit.



ipsorum adiuvandam adduxerint, quod Caesar post Pharsalum Thessalis libertatem restituit,¹⁾ non accurate interpretati sunt, cum iam alibi Thessali ante Caesarem semper liberi enumerentur.²⁾ Equidem sequor Niebuhrium et Kuhnium,³⁾ qui Caesarem Thessalis ἀτέλειαν, quae iis aliquando fortasse Andrisco tumultuante erepta est, restituisse demonstraverunt.

Circa a. 145 Diotimus⁴⁾ Larisaeus in titulo Delphico incisus est, qui nomine Polysaonis Politae⁵⁾ filii, quem Laurent cum magistratu Melitaeensi Polysaone⁶⁾ connexuit, ad eandem aetatem pertinet, qua Homerus praefuit.

Circa a. 130: Pollichus⁷⁾ Phryni filius Gomphensis.⁸⁾ Francogalli recte aetatem constituerunt praetorem cum hieromneme Delphorum comparantes (Bull. Hell. XXIV 85 v. 6) „Πολλίχου τοῦ Φρύνον Γομφέως“. Inscriptio illa Delphica nomine Aristionis archontis a. 130 ponitur.⁹⁾ Cui aetati id quoque maxime convenit, quod Eusebius Phrynum Aristomenis filium Gomphensem a. 179/178 fuisse praetorem testatur, quem patrem Pollichii iam p. 17 suspicati sumus.

Circa a. 130 Timasitheum¹⁰⁾ praetorem fuisse intellexi-

¹⁾ Plut. Caes. 48; App. b. c. II 88.

²⁾ Cic. pro Flac. 40, 100, pro Sest. 43, 94; in Pis. 16, 37; 40, 96.

³⁾ E. Kuhn, Die städtische und bürgerliche Verfassung des Röm. Reiches bis auf die Zeit Justinians II p. 32.

⁴⁾ Bull. Hell. XXV 350, 24, 50 equidem scribo Δ[ιό]τιμον, cum lacuna minor esse videatur quam quae illo Δαμο suppleatur.

⁵⁾ Bull. Hell. XXV 350 B, 23.

⁶⁾ Ibid. 353. S. G. D. J. 2138.

⁷⁾ JG. IX 2, 507.

⁸⁾ Bull. Hell. XXIV 92.

⁹⁾ Ibid. XXVI 365; cf. Pomtow apud Pauly-Wissowa IV 2598, 50.

¹⁰⁾ JG. IX 2, 69, 1. Haesitantibus, quibus temporibus Timasitheus praetor in titulis Perhaeborum IX 2, 1299, 3. 1300, 5, 11 asserendus sit, apparere videtur inscriptiones illas propter litteraturam atque formulam δηνάρια κβ' < aetate Augusti esse exsculptas, quam opinionem verisimillimam reddit nomen praetoris Sosipatri JG. IX 2, 1300, 17, quem illis annis Thessalis praefuisse ex JG. IX 2, 54³⁾ perspicuum est; cf. p. 36. Ab his eponymis segregandus est tertius Timasitheus, qui in titulo IX 2, 1284, 3 ἐν] στρατηγῶι Τιμασι[θέωι propter litteras quadratas Ω = ω, Φ = φ non ante secundum saeculum p. Chr. exscriptus est. Cf. nummum Mion. 43 Τιμα[σί]θεος?

mus ex teste proxeniae, cui nomen est Σάτυρος Ῥύβα.¹⁾ In titulo Delphico (Bull. Hell. XXII 11 v. 11) idem Σάτυρος Ῥύβα occurrit, quae manumissio nomine Aristionis Anaxandridae filii anno 130 datur,²⁾ quam aetatem pressius etiam constringimus, si illud Πυρρία τοῦ Εὐβουλίδου (JG. IX 2, 69, 4) ad corruptelam JG. IX 2, 65, 4 recte revocavimus, ubi nomen Theodori eponymus nos adiuvat.

Circa a. 117: Agasimus Larisaeus: JG. IX 2, 259. In numero magistratum Cierii Amyneas³⁾ Olympiadis filius nominatur, quem Amyneam in decreto amphictionum, quod Colin anno 117 posuit,⁴⁾ mutilatum esse verisimile est: ἱερομνημονούντων Θετταλῶν τοῦ στρα[τηγοῦ ---- τ]οῦ Ὀλυμπιάδου Κιεριέως καὶ τοῦ γραμ[ματέ]ως τοῦ συνεδρίου Ἀρχίππου τοῦ Ἀντιγόνου Κιεριέως. Aliquid probabilitatis inest scribam concilii Archippum esse eundem, qui in inscriptione quoque Cieria IX 2, 259, 3 una cum Amynea obvenit, quare maxime apparet Agasimum circa a. 117 Thessalis praefuisse. Nunciam vertatis quaeso animos ad Amyneam filium Olympiadis. In eodem marmore IX 2, 66 b 1, ubi Proteas eponymus est, altera inscriptio incisa est:

στρατηγοῦντος . . .]ιέα τοῦ Ὀλυμπιάδου
Κιεριέως, ἐν δὲ Λαμία ταγεόντων κτλ.

In illa lacuna desunt 15 vel 16 litterae, quod ex IX 2, 66, 1 conicimus, ubi certe 15 litterae exciderunt. Illud στρατηγοῦντος, quod Kern supplevit, emendandum est propter illa sequentia „ταγεόντων“ atque inscriptionem Larisaeam IX 2, 539, 3—4 ubi idem nomen Amyneam erasum esse verisimile est. Exscribamus, ut melius intelligamus, quod restituendum sit:

TAMIEYONTOΣ ΤΗΣ ΠΟΛΕ[ΩΣ ΤΗΝΑ
Ε]Ξ ΑΜΗΝΟΝΘΗΝΕΠΙΣΤ[ΡΑΤΗΓΟΥ ΑΜΥΝ
ΕΟΥΚΙΕΡΙΕΩΣ.

¹⁾ JG. IX 2, 69, v. 16.

²⁾ Bull. Hell. XXIV 12. 220.

³⁾ JG. IX 2, 259, 4.

⁴⁾ Bull. Hell. XXIV 104—105, quam aetatem Wilhelm Bull. Hell. XXIV 220 secutus est.

Si versu 2 loco illius „πρώτην“, quod Kern commendat, A scribimus, illud supplementum AMYN in versu 3 recte mihi positum esse videtur, cum ita latitudo utriusque versus inter se maxime quadret. Cum litteratura non obstat, quin titulos in finem alterius a. Chr. saeculi afferamus, Jardé atque Laurent viros doctos Amyneam, qui Agasimo¹⁾ praetore in numero ducum Cierii erat, ad lacunam IX 2, 66 b supplendam verissime adhibuisse²⁾ iudico, praesertim cum in utroque titulo numerus litterarum supplementa et [στρατηγοῦντος Ἄμν] et [ρατηγοῦ Ἄμνν] postulent. Itaque Amyneam filium Olympiadis Cierium recte a. 117 positum esse verisimile est.

Primo a. Chr. saeculo titulum IX 2, 551 insculptum esse Kern ex litteris coniecit:

v. 40—41 στρατα]γοῦν[τος Θ]άλλου
551 a ἐπὶ στραταγ[οῦ Θά]λλου

Supplementa Kernii aliqua probabilitate non carent, cum nomen Thalli apud Thessalos³⁾ occurrat. Sed aliud agitur. Ductus litterarum summatim quidem profecto illam aetatem a Kernio propositam significant.⁴⁾ Sed mirabiliter est v. 41 exsculpta forma litterae A, quae multo recentioris esse videtur aetatis. Nam lineae illae transverse ductae in titulis Pergamenorum⁵⁾ modo Traiano, Hadriano, Antonino Pio imperatoribus apparent. Sed Magnetes ad Maeandrum iam altero a. Chr. saeculo ineunte litteras maxime apicibus ornatas incidisse Kern comprobavit (Die Inschriften von Magnesia am Maeander 1900, p. XXX), atque patet lapicidas Thessalorum quoque his ornatibus prius esse usos quam Pergameno. Nam ectypis accurate perlustratis illas formas

¹⁾ Nummos recto inscriptos *Αγα* (Perc. Gard. 47, 48) nomine Agasimi non certe suppleri ea re constat, eum *Αγα* etiam ad alios eponymos spectare possit, ut exempla afferamus velut: Ἀγαθάνωρ, Ἀγακλής.

²⁾ Bull. Hell. XXVI 366.

³⁾ JG. IX 2, 886, 903.

⁴⁾ A, E, Γ, P, ζ, T, Π.

⁵⁾ Cf. C. Paepcke, De Pergamenorum litteratura, diss. Rostoch. 1906, p. 29.

exornatas A, Λ, Μ, Ν, iam secundo a. Chr. saeculo exeunte¹⁾ frequentissime incisas esse perspeximus. Quadratarii Atheniensium altero quoque saeculo a. Chr. ab hoc usu litteras exornandi non alieni erant.²⁾

Caput III.

De aetatis Caesaris et Augusti eponymis.

a. 49/48 Androsthenes³⁾ praetor partes Pompei secutus Gomphos a Caesare defendere frustra conatus est. De familia eius iam p. 10 sq. diximus.

Iisdem annis Hagesaretus⁴⁾ Thessalis praefuit, qui rebus Pompeianis studebat, cum Petraeus⁵⁾ Caesarem adiuveret. Eundem Hagesaretum praebent:

Mion. 8	recto	—	verso	<i>Εὐκλαι</i> <i>Ἀγησαρετ</i>
Mion. 24	"	—	"	<i>Υπαλιδο</i> <i>Ἀγ]ησαρετ</i>
num. Berol.	"	—	"	<i>Ἀρνία</i> <i>Ἀ]γησά(ρ)ετος</i>

De Petraeo accuratius atque longius agendum est. Cum Caesar in Thessaliam ingressus est, Petraeus fuit iuvenis. Itaque nihil obstat, quin cum illo connectamus, quem Augusti temporibus vivum crematum esse Plutarchus scripsit,⁶⁾ quam opinionem peracutam iam Mommsen protulit.⁷⁾ In nummis saepius nomen

¹⁾ Cf. JG. IX 2, 66.

²⁾ Larfeld, Hdb. der griech. Epigraphik II 472.

³⁾ Caes. b. c. 3, 80; cf. num. Berol. recto ἐπὶ Ἀνδροσθένους verso Ἀριστοκλήης, qui hunc praetorem praebere videtur, cum Ἀριστοκλήης occurrat apud Pere. Gard. 22, ubi recto Πτολεμαῖος invenitur, quem Ptolemaeus eadem aetate ponendum esse mox demonstrabimus.

⁴⁾ Caes. b. c. 3, 35.

⁵⁾ ibid.

⁶⁾ Praec. r. p. g. 19 καὶ Θεσσαλοῦς πρότερον ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Πετραῖον ζῶντα κατακάνσας.

⁷⁾ Röm. Gesch. V 279. Cf. Hertzberg, Gesch. Griechenlands unter der Herrschaft der Römer I 524.

Petraei exscriptum est, quod ad praetorem referri verisimillimum est.

Perc. Gard. 20 recto — verso *Πετραίου* Petraeus et
Πτολεμαίου.

Ptolemaeus fratres fuisse videntur, quod inde conicere audeo, quia JG. IX 2, 534, 12 *Πετραῖος* [Θ]εμιστογένους Θεσσαλὸς ἀπ[ὸ] Γυρτώνιος nominatur, cum JG. IX 2, 109, 1 *Πτολεμαῖος* ὁ Θεμιστογένους Γυρτώνιος praetor occurrat. Cum porro in eodem nummo *Πετραῖος* atque *Πτολεμαῖος* una inscripti sint, duos fuisse fratres probabile est, quae opinio ceteroquin ea re firmatur, quod ex aliis nummis atque inscriptionibus apparet Ptolemaeum filium Themistogenis Gyrtonium aetate Petraei esse ponendum.

Ptolemaeum enim subsequitur in titulo IX 2, 109, 60 Italus filius Philisci Gyrtonium, quem in fragmento IX 2, 12, 2 quoque invenimus. Italus autem cohaeret cum Petraeo Philocrate Arnia. Mion. 45 recto *Φιλοκράτους* verso ^{Ἰτάλου}¹⁾ *Πετραῖος.* Mion. 9

recto — verso ^{Ἰτάλου}
Ἀρνία. Sed Arniam iam antea in num. Berol.

^{Ἀρνία}
^{Ἀγγισά(ρ)ετος} cognovimus, quare Ptolemaeus atque Italus inter se maxime devincti iterum temporibus Petraei Androstenis²⁾ Hagesareti ponuntur. Praeterea Perc. Gard. 10, 11 praebet recto ^{Ἰτάλου} verso *Διοκλῆς* vel ^{Ἰτάλου} verso ^{Ἰταλός}
Διοκλῆς. Diocles solus verso impressus est Mion. 7, quem nomine Itali freti his annis itidem adsciscimus.

De Philocrate filio Archelaidae, quem Mion. 45 recto praebet, tituli IX 2, 206 I a 1; 463, 508 v. 30 testimonia servaverunt, neque quicquam dubitationis haeret, quin nominibus Petraei et Itali (Mion. 45) eidem aetati inseratur.

Nomen Petraei ad tempus definiendum adhibentes non

¹⁾ Mion. 45 *Πάλου.*

²⁾ Cf. Perc. Gard. 22 recto *Πτολεμαίου* verso *Ἀριστοκλῆς* quem Aristoclem iam supra in num. Berol. ἐπὶ Ἀνδροσθένους inscripto verso reperimus.

omittimus Perc. Gard. 18: recto *Νικοκράτους* verso *Φιλοξενίδου*
Πετραῖος,
 itaque Nicocratem quoque his annis attribuimus.¹⁾

Nummus Berol.: recto *Νικοκράτης* verso *Φιλοξεν[ίδου]*
 ΦΕ
 eosdem magistratus nominare videtur, cum e mira illa ligatura facile *Πετραῖος* enucleari possit, si conferamus Perc. Gard. 18. Sed etiam nomen verso alterum traditum *Φιλοξενίδου* in inscriptionibus occurrit, qua de causa JG. IX 2, 474, v. 42 ἐπὶ *Φιλοξενίδου* ad haec tempora referimus. Marmor illud 474 eo gratius est, cum teneat Philoxenidae antecessorem:

v. 27 *στρατηγοῦντος Μνασιμάχου*

v. 34 *ἐπὶ Μνησιμάχου.*

Ad Philocratem animos intendentes Pherecratem in locum certum revocamus, quem in nummis cum Philocrate coniunctum iterum in lapide²⁾ IX 2, 540 reperimus³⁾:

Perc. Gard. 32	recto	—	verso	<i>Φιλοκράτους</i> <i>Φερεκράτης</i>
Perc. Gard. 32	"	<i>Φερεκρ[ά]της</i>	"	—
Mion. sup. 7	"	—	"	<i>Κασσάνδρου</i> <i>Φερεκράτης</i>
Perc. Gard. 19	"	—	"	<i>Νύσσάνδρου</i> <i>Φερεκράτης</i>

Pherecrates connectit Nysandrum praetorem Perc. Gard. 64 recto *Νυσσάνδρου* verso — cum his annis. Fougères ad eponymum recte titulum honorarium IX 2, 520 rettulit, ubi Nysandrum Diodoti⁴⁾ filium Larisaeum Romam missum apud patres discordias inter Pteleum atque Larisam ortas diiudicasse

¹⁾ Monceaux nummum Nicocrati filio Phoxini a. 182/181 praetori attribuit.

²⁾ JG. IX 2, 540, 3 τὸν ἐν[αὐτὸν τὸν ἐπὶ] στρατηγοῦ Φερεκράτους; illa formula in aliis titulis huius aetatis saepissime occurrit.

³⁾ Cf. Schlosser, nr. 41 *Φερεκράτης* coniunctus est cum Isagora, quem itidem ab his annis dirimi non posse p. 28 sq. evicimus.

⁴⁾ Διοδότου.

memoriae proditum est.¹⁾ Nysandrum cum titulo Lamiensi IX 2, 72²⁾ coniungentes filium eius Isagoram cognoscimus, de quo eponymo lapides plurima testimonia retinuerunt. Sed aliud statuit Isagoram his annis, cum inscriptio Lamiensis devinciatur cum tabula IX 2, 71, ubi *Ἀγαθάνωρ ὁ Εὐρυδάμαντος Γομφεύς* eponymus est. Manumissores enim vinculum faciunt. JG. IX 2, 71 v. 10 manumittunt: *τοῦ Δημητρίου καὶ Σ[ω]σιπάρχου τοῦ Δάμωνος*, quos Lamienses rursus reperimus JG. IX 2, 71 v. 15: *Σωσιπάρχου Δάμωνος τοῦ Δημητρίου καὶ Σωσιπάρχου τοῦ Δάμωνος*. Sed eponymus Agathanor filius vel pater est Eurydamantis illius, quem in stela IX 2, 1042 aetate Augusti muneribus foederis functum esse p. 34 elucebit.

Nomine Isagorae incitati sumus, ut nos ad Perrhaebos parumper vertamus:

JG. IX 2, 1282, 4 *στρατηγούντος Καλλιστ[ρ]άτου*³⁾
v. 13 *στρατηγούντος (Ι)σαγόρου*

Verisimillimum putamus nomen ad eponymum tituli IX 2, 72 adducendum esse, cum litteratura in unum cadat.

In eadem manumissione subsequuntur:

v. 21 *στρατηγούντος Καλλιστράτου*
v. 29 *στρατηγούντος Καλλιστράτου*
v. 39 *στρατηγούντος Καλλιστράτου*⁴⁾

Mea quidem sententia non ambigi potest, quin duo illa mutilata *Κα . . . ρ . . .* atque *Καλλιστρ . . .* sint emendanda *Καλλιστράτου*, praesertim cum in manumissione IX 2, 1344, 3 idem eponymus occurrat:

v. 3 *ἐν τ[η] ἐστ[ρ]ατηγίαι Καλλιστράτου*

¹⁾ Id quod Fougères initio inscriptionis supplevit *στρατηγού* δὲ *Ξενοδόξου*, recte Jardé et Laurent in suspicionem vocaverunt, cum lacuna maior sit supplementis atque illud δὲ complura nomina indicet mutilata.

²⁾ JG. IX 2, 72 *στραταγέοντο[ς] Ἰσαγόρα τοῦ Νυσάνδρου Λαρεισ[αίου]*.

³⁾ Kern: *Καλλιστράτου*.

⁴⁾ Kern: *Καλλιστ(ρατ)άρου*.

Neque minores movemus suspiciones illum Callistratarchum examinantes, quem certissime ex errore lapicidae natum esse censemus, cum quadratarius in superiore versu simile nomen in easdem litteras excidens *ΝΙΚ]ΑΡΧΟΥ*¹⁾ inciderit. Sed paululum quoque morari volumus in Isagorae ceteris testimoniis congerendis.

JG. IX 2, 219, 1: *ΣΣΑΛΩΝ ΑΓΟΡΑ*, quam corruptelam facile nomine Isagorae sanamus. Ita emendare propono: *Στραταγέοντος* τῶν Θε]σσαλῶν [*Ισ]αγόρα*. Nomine Isagorae permoti ad marmor gravissimum properamus JG. IX 2, 1297, 3:

ἐπὶ στρατηγῶι Κλεο vacat
μάχου.

- v. 13 ταμιέοντος τῆς πό[λε]ως
... . άτου τοῦ Χα
... . τὸν ἐνιαυτὸν τὸν (ἐπὶ) [Κλ]εάρ[χ-
ου το]ῦ Φιλοξένου [ό] γενό[μενος]
- v. 27—29 ἐν στρατηγία Εἰσαγόρα
- v. 39—41 ταμι[ε]ύοντος Πανσανίου
τοῦ Ἄρισ[τ]άνδρου ἐν στρα-
τηγῶ²⁾ Α[ν]σ[ικλεῖ
- v. 54—59 ταμιέοντος τῆς
πόλεως Πολεμάρ-
χου τοῦ · Π^ο
τὸν ἐνιαυτὸν [τὸν ἐ-
πὶ στρατηγῶ] [Σωσάν-
δρου τοῦ Ἄρισ[τονόου

¹⁾ Kern temptavit: *Φίλιππος* [Ἀημ]άρχου ex stela tertii a. Chr. saeculi IX 2, 1289. At titulus 1282 aetate Augusti est incisus. Praeterea v. 20 *ξενόδοκος Φίλιππος Νικάρχου* obvenit, quem eundem esse ac v. 34 mutilatum *Φίλιππον* . . . *άρχου* plane apparet, qua de causa restituimus *Νικ]άρχου*.

²⁾ De barbara forma *ἐν στρατηγῶ* cf. apud Boeotos JG. VII, 1773, v. 5 *ἐν ἄρχοντι Μητροδώρω*, quem titulum Dittenberger alteri p. Chr. saeculo tribuit, neque minus elucet Athenienses illa aetate formam miram usurpasse JG. III 1113 *ἐν ἄρχοντι Σύλλε* (a. 143 p. c.). Sed Thessalos iam imperatore Augusto et antea tam mire saepius scripsisse patet ex JG. IX 2, 531. 533. 542. 546. 547. 1042 II.

Certissimis indiciis titulum aetate Augusti esse insculptum patet, quam opinionem colligimus ex formula: *ταμειόντος . . . τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ στρατηγοῦ*, quam frequentissime Augusto imperante in titulis Gonnorum reperimus. Imprimis autem observandum est, quomodo vectigal libertorum exscribatur: *τὰ γινόμενα δεινάρια εἴκοσι δύο ὀβ(ολοῦς) τέσσαρας*, quam singularitatem in stelis IX 2, 1042 III Gonnorum iisdem temporibus videbimus. Quae res nos iterum ita adiuvant, ut Isagoram¹⁾ atque collegas eius cum antecedentibus eponymis connectamus.

De ceteris brevius agimus. Cleomachus adhuc ignoratur. Mirabilem illum genitivum *ἐπὶ στρατηγῶι Κλεομάχου* culpa quadratarii attribuimus.²⁾ Ambigitur num supplementum *Κλ]εάρχ[ου το]ῦ* recte positum sit; sed nomen praetoris excidisse certum est propter formulam *τὸν ἐνιαυτὸν τὸν . . . ὁ γενόμενος*. Ut corruptelam *ΛΙΣ* sanemus, monetam Perc. Gard. 1 recto *Λυσικλήου* comparamus. Cum quinque fere litterae desiderentur, verisimillimum est lacunam esse restitutam illo *Λυσικλεῖ*. Ad aetatem Augusti certius quoque demonstrandam conferimus manumissionem IX 2, 1296, 18, quae a. 14/13 a. Chr.³⁾ data est, ubique eundem quaestorem Pausaniam Aristandri filium recuperamus, qui Lysicle praetore aerario praefuit. Denique nonnulla de illa lacuna exponamus:

v. 58—59 *ἐπὶ στρατηγοῦ . . .
δρου τοῦ Ἄρισ*

cui nomine Sosandri filii Aristonoi medemur e duabus inscriptionibus IX 2, 1040 d, 1042, 21, quae Augusto imperatore exaratae sunt.⁴⁾

Priusquam Perrhaeborum finibus excedimus, pauca de illius gentis foedere, quod una cum Thessalis a. 196 a. T. Quinctio Flaminio institutum est, sunt addenda. Ex titulo Coreyraeo IX 1, 689 Perrhaebos paulo post a. 178 a. Chr. sua constitutione esse usos scimus: *στραταγο]ῦντος Θεσσαλῶν*

¹⁾ Cf. etiam nummum: Leake l. l. recto *Ἰσαγόρ[ου]*.

²⁾ Cf. JG. IX 2, 1042, 114.

³⁾ p. 47.

⁴⁾ p. 33, 34.

[μὲν Ἴππο]λόχου τοῦ Ἀλεξίππου [τὸ δεύτ]ερον Λαρισαίου
 μνηστὴς [ὡς Θε]σσαλοὶ ἄγοντι Θεμιστίου [ἀμέρ]α τριακάδι,
 Περραιβῶν δὲ στρα[ταγο]ῦντος Δημητρίου τοῦ Δημεινέ[του
 Γ]οννέως κτλ. Cf. etiam Bull. Hell. XXIV, 85, 24, 25: παρὰ
 [δὲ] Περραιβῶν Χαριδήμου τοῦ Φιλοκράτου Γοννέως,
 qui titulus a. 130/129 est incisus.¹⁾ Illis temporibus igitur
 Gonnos urbem τοῦ κοινού Περραιβῶν fuisse oportet. Sed
 titulis Gonnorum, qui Augusti aetate sunt incisi, eponymi
 Thessalorum foederis praescripti sunt (JG. IX 2, 1040—44),
 quae res verisimilior fit, cum in omnibus titulis Perrhaeborum
 iam imperatore Augusto Thessalorum eponymi occurrant, qua de
 causa illud κοινόν Perrhaeborum ante finem primi a. Chr. sae-
 culi cum Thessalis in unum esse confusum certissime conieimus.

Sed iamdudum in eo est, ut ad Philocratem praetorem
 IX 2, 206, 463 revertamur, cui viri docti adiunxerunt magistra-
 tum Eurydamantem filium Agathanoris Gomphensem.
 Urbem patriae Eurydamantis Jardé ex JG. IX 2, 71 apportavit,
 patris nomen ex JG. IX 2, 1042 I, quae manumissio docto illi viro
 simul complures successores obtulit: „*Eurydamas, fils d'Agathanor,
 Petraios pour la seconde fois, Criton, Sosandros.*“ Jardé neque JG.
 IX 2, 71 neque 1042 ad JG. IX 2, 206, 463 recte adscivit, cum duo
 illi praetores eiusdem nominis non certe coniungi possint. In
 manumissione IX 2, 206 I b Philocratem subsequitur Eurydamas,
 cuius nomina et patris et domicilii desunt. Quamquam nonnulli
 quidem non semper quotannis manumissiones factas esse contenden-
 dent, tamen pro certo affirmari potest Eurydamantem esse secutum
 Philocratem, cum in titulo IX 2, 463, qui apud Crannonem in
 lucem prodiit, idem Eurydamas eundem Philocratem antecessorem
 habeat, quam rem pro certo testimonio putamus ordinem praetorum
 definiendi;²⁾ itaque in similibus manumissionibus aequè indi-
 cabimus. De fragmento IX 2, 206 II a infra disputabimus agentes
 de Dicaeo.³⁾ Titulus 206 II b maioris momenti est praetore
 tradito, quem viri docti in incerto reliquerunt: στραταγέοντος
 Ἡρακλείδα. Necessè esse videtur coniungamus Heraclidem cum

¹⁾ Cf. etiam JG. II 551, 66.

²⁾ Cf. JG. IX 2, 545.

³⁾ Cf. p. 48 sq.

Philocrate et Eurydamante. Litterarum ductus non obstat.¹⁾ Utraque constanter pecuniam, quam liberti quaestori urbis solvunt, significat: ΣΤΑΙΕ (στατήρας δέκα πέντε); sed aliud provocamus. Habemus inscriptionem, qua Heraclidem cum Eurydamante devinciendum esse probabile est; cf. IX 2, 788: *Εὐρύδαμα Εὐρύδαμαντος γυνή δὲ Ἡρακλείδου ἡρώϊς*.

Equidem coniecturam facere audeo ut in titulo sepulchrali Eurydamas atque Heraclides una consistunt, ita in illis ipsis manumissionibus IX 2, 206 I et II nomina eorundem virorum una occurrere. Quae res si ita se habet, Heraclides Eurydamam Eurydamantis praetoris (IX 2, 206) filiam in matrimonium duxit. Illis qui propter simplicitatem tituli sepulchralis aliquid offensionis habent, ostento alium talem titulum IX 2, 700: *Ἰππόλοχος Ἀλεξίππειος*, quem ad nobilem familiam Larisaeam nimirum pertinere arbitramur, quae foederi multos magistratus produxit. Quin formae genetivi *Ἡρακλείδα* (JG. IX 2, 206) et *Ἡρακλείδου* (JG. IX 2, 788) inter se differant, nulli impedimento est, cum inscriptiones saepe parvas tales variationes habeant, quas culpas lapicidis attribuimus. Ita praefati ex integro in Eurydamantem inquirimus. Viros doctos ea re adductos Eurydamantem (IX 2, 206, 463) ad praetorem eiusdem nominis (IX 2, 1042 I) transtulisse credo, quia in tabulis IX 2, 206, 463 infelicissime nomina et patris et patriae desunt. Sed illos esse seiungendos probatur inscriptione Francogallis ignota, quam ad eponymum (JG. IX 2, 206, 463) eodem iure referri posse censeo.

Manumissionem IX 2, 1040 b 6 sq. Kern ita habet: *ταγεόντων τῆς πόλεως τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ στρατηγοῦ Εὐρύδαμαντος τοῦ Ἀνδροσθένους Ἀντιφίλου τοῦ Σωκράτους, Ἀντιγένου τοῦ Μενεκράτους, Ἀσκληπιάδου τοῦ Ἀριστοκράτους κτλ.* Nomina quoque illorum ducum Gonnorum (*ταγοί*) brevi alii quaestioni sunt afferenda. Huius manumissionis igitur eponymus est *Εὐρύδαμας ὁ Ἀνδροσθένους*.

Scriptura maxime ad formas tituli IX 2, 206, 463 pertinet,

¹⁾ Utraque inscriptio formis Α Ἀ, Α Λ, Σ ζ, Ε ε, Ω ω, promiscue utitur.

cum ductus litterarum tabulae IX 2, 1042 multo elegantior atque exornatior minime cum JG. IX 2, 206, 463 conveniat. At tamen nihilo setius in medio relinquimus, num Eurydamas Androsthene filius ad JG. IX 2, 206, 463 spectet, neque quicquam nisi proponimus titulos IX 2, 206, 463 neque cum stela IX 2, 1042 neque cum Eurydamante filio Androsthene certe coniungi, praesertim cum tituli IX 2, 1040 et 1042 iisdem fere annis exarati sint.¹⁾ Respicientes inscriptionem, quae nomine Eurydamantis filii Androsthene definitur, alium praetorem adhuc ignotum huic aetati inseramus. Manumissio IX 2, 1040 c in laeva eiusdem lapidis parte est insculpta: *ταμιεύ[ον]τος τῆ[ς] πόλεως Ἀσκληπιάδ[ου] (τοῦ) Ἀριστοκράτου τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ στρατηγοῦ Εὐφρονίου*. In hac inscriptione occurrit quaestor Gonnorum Asclepiades, Aristocratis filius, quem iam p. 32 in numero magistratum Gonnorum in anteriore parte IX 2, 1040 b reperimus, quos eosdem esse constat. Itaque Euphronius iudici praetorum hic statuitur. Ad Euphronium spectat honorarius titulus IX 2, 1041: *[ἡ πόλις ἡ] Γοννέων Εὐφρόνιον Πα[σικλέ]ους τὸν ἐαντῆς εὐεργέτη[ν]*.

Cum duobus antecedentibus titulis IX 2, 1040 b c necessitudine quadam cohaeret manumissio dextri lateris IX 2, 1040 d: *ταμιεύοντος τῆς πόλεως Στρατονείκου τοῦ Φιλοξένου τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ στρατηγοῦ Σωσάνδρου τοῦ Ἀριστονόου*. Totus tenor, quo inscriptiones praecedentes datae sunt, nihil discrepat. Conferamus quaeso illa similia: *ταμιεύοντος τὸν ἐνιαυτὸν τὸν* initio tituli atque illud *ἐπὶ στρατηγοῦ* interiectum. In dextro tabulae latere *Στρατονείκης ὁ Φιλοξένου* occurrit, cum in laeva parte manumissorem quandam *Φιλόξενον* inveniamus, cuius patris nominis superest *Στ* --- quod Kern rectissime ex illo *Στρατονείκου* dextri lateris supplevit. Praeterea comparamus corruptelam tituli IX 2, 1297, 58, cui Sosander Aristonoi filius medelae fuit. Sed illa manumissio iam aliis argumentis Augusti aetate posita est. Mirabili modo cum his titulis IX 2, 1040 b, c, d coniungitur permagnum marmor IX 2, 1042, quod iam supra indicavimus.

¹⁾ Cf. p. 34.

In marmorea tabula IX 2, 1040 b apparent familiae manumissorum horum:

<i>Δικαιοκράτης</i> <i>Ὄρθόπολις</i> < <i>Ἐπίνεικος</i>	<i>Θεόδωρος</i> ————— <i>Δημοκράτης Μνησίλοχος</i>
<i>Θεόδωρος Κασσάνδρα</i>	

quae stemmata gentilia iterum enascuntur ex IX 2, 1042 I v. 15. Alia afferimus. Ut titulus IX 2, 1040 b cum 1040 c atque 1040 c cum 1040 d indissolubili nodo devincitur, quod p. 33 evicimus, ita stela IX 2, 1042 cum IX 2, 1040 b, c, d cohaerescit; cf. IX 2, 1040 d, 3: *Στρατονείκων τοῦ Φιλοξένου* atque IX 2, 1042 I v. 19; IX 2, 1040 d, 15: *Σωτήριχον καὶ Ἀδύμου* cum IX 2, 1042 I v. 26, quibus expositis ad praetorum nomina transeamus. Inter se subsequuntur

- v. 3 *ἐπὶ στρατηγοῦ Εὐρύδαμαντος τοῦ Ἀγαθάνορος*
- v. 21 *ἐπὶ σ[τρ]ατη[γ]οῦ Σωσάνδρου*
- v. 27 *στρατηγοῦντος Πετραίου τὸ δ[ε]ύτερον*
- v. 34 *στρατηγοῦντος Κρίτωνος*
- v. 38 *στρατηγοῦντος Σωσάνδρου*

Jardé et Laurent Sosandrum illum, qui post Eurydamantem atque ante Petraeum praetura functus est, omnino neglexerunt. Si duabus praeturis diffisi sunt, tum quidem melius fuit Sosandrum, qui Critonem subsequitur, ex fastis delere. Sed nullum ius habuerunt illum extinguendi, qui medius inter Eurydamantem atque Petraeum eponymus est. Necessae est teneamus utrumque Sosandrum, cum nihil muneris iterationi obstat.

Cum in lapide IX 2, 1040 d v. 15 Sosandro Aristonoi filio praetore manumittant *Σωτήριχος καὶ Ἀδύμος* qui IX 2, 1042 I v. 26 iterum *ἐπὶ στρατηγοῦ Σωσάνδρου* occurrunt, praetores esse eosdem solis luce clarius est. Priusquam autem de singulis magistratibus agemus, nonnulla de aetate dicimus. Quamquam titulus IX 2, 1042 cum prioribus coniunctus aetati vel Caesaris vel Augusti attribuendus est, tamen accuratius addimus inscriptiones ad Augustum pertinere, quod docent illud *κατὰ τὸ Καίσαρος χάριμα* (v. 21) et nummus Mion. sup. 60, qui recto

praebet imaginem Augusti, verso *Σοσάνδ.*¹⁾ Nomine verso impresso imperatoria aetate praetor foederis significabatur.²⁾ *Πετραῖος τὸ δεύτερον* (v. 27) haud scio an ad illum referatur, qui temporibus Caesaris iuvenis primum eponymus fuit.³⁾ Sosander in inscriptione IX 2, 287b rursus occurrit, quem eundem putamus, quoniam Eurydamas Agathanoris filius ibi manumittit v. 4. *Φόννιος* Eurydamantis filius Sosandro praetore sacerdos Bacchi fuit. Cf. IX 2, 287b: *ἱερωτεύοντος τοῦ Λιονύσου τοῦ Καρπίου Φοννίου τοῦ Εὐρυδάμαντος στρατηγοῦντος Σω[σ]άνδρου.*

Nominibus Eurydamantis Agathanoris filii alios praetores huic aetati adnectimus. Cf. IX 2, 71 *στραταγέοντος Ἀγαθάνορος τοῦ [Ε]ϋ[ρ]υδάμαντος Γομφέος* atque IX 2, 542, 4 *ἐν στρατηγῶι Ἀγαθάνορι.*⁴⁾ In duabus manumissionibus IX 2, 71 et 542 liberti solverunt ad quaestorem *στατήρας*. Sed in titulo IX 2, 543, qui nomine Democratis quaestoris cohaerescit cum IX 2, 542, inveniuntur *δηνάρια*, quare titulos aetate Augusti ponendos esse iterum patet. Conferatis quaeso IX 2, 415 b v. 52 *[δέκα πέντε στατήρας κατὰ τὸ]ν νόμο[ν] [ἂ] γίνετα[ι] [κ]ατὰ τὸ διό[ρθ]ωμα δεινάρια εἰκοσ[ι] δύο ἡμῶν* et v. 84 *τοὺς δεκαπέντε στατήρας κατὰ τὸν νόμον ἂ γίνετα[ι] δεινάρια εἰκοσι δύο ἡμῶν*, quod decretum nomine Augusti ipsius praetoris Thessalorum stabilitur: v. 73 *ἔτους τοῦ ἐπὶ αὐτοκράτορος Καίσαρος θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ*, unde elucet Augustum post a. 27 a. Chr. n. ita edixisse. Ex aetate Augusti igitur *στατήρες* et *δηνάρια* promiscue scribebantur. Postea plerumque nihil nisi *δηνάρια* invenimus. Nunciam adeamus ad lapidem IX 2, 543. Titulum ad hanc aetatem revocandum esse Democrates Larisaeus quaestor probabile reddit, quem Jardé et Laurent ad magistratum eiusdem nominis (IX 2, 542) recte adduxerunt. Res si ita se habet, quattuor alios eponymos in certo loco ordinis statuimus.

1) Cf. etiam Schlosser l. l. nr. 42 recto *Σωσάνδρου*.

2) Plerumque adscriptum est *στρατηγῶ*.

3) Caes. b. c. III 35. Cf. p. 25.

4) Ambigitur neque facile est diiudicatu, utrum Agathanor pater an filius sit Eurydamantis praetoris.

Titulus IX 2, 543 a datur: *στραταγέοντο[ς Σω]σιπάτρου*. Jardé et Laurent non recte corruptelam suppleverunt *Ἄντιπάτρου*, cum Fougères accuratius exscripsisset: *ΣΠΑΤΡΟ*. Praetores huius nominis sunt distinguendi tres. De Sosipatro cum Pausania (IX 2, 102) cohaerente p. 13 egimus. Praeter eum IX 2, 256 alter Sosipater simul cum his praetoribus enumeratur:

- b 1 *Φ[λά]βιος Πολύκριτος τὸ δεύτερον*
 b 6 *Ἀριστόφυλος*
 b 11 *Σωσίπατρος*

quos aetate Flaviorum iuniores esse p. 41 exponemus. Hoc loco autem multo maioris momenti est Sosipater tituli IX 2, 1043 v. 7: *ταμειόντος τῆς πόλεως τὸν ἐνιαυτὸν ἐπὶ στρατηγοῦ Σωσιπάτρου Ξενοκρίτου (τοῦ) [Ν]εικοκράτου* quem Sosipatrum eundem iudicamus, quem IX 2, 543 continet. Nam stela IX 2, 1043 coniungenda est cum marmoribus IX 2, 1041, b, c, ubi eundem quaestorem reperimus: *ταμειόντος (τος) τῆς πόλεως ἐ(ν)νιαυ(τὸν) [Ξε]νοκρίτο(υ) (τοῦ) Νικοκράτου στρατηγοῦντος Κύλλου (τὸ τρίτον)*. Quae reputantibus obvenit Xenocritum Nicocratis filium Cyllo atque Sosipatro praetoribus fuisse quaestorem Gonnorum. Titulus IX 2, 1041 b eundem Cyllum eiusque patrem Eubiotum servavit. Itaque postquam intelleximus Sosipatrum atque Cyllum eisdem temporibus Thessalorum fuisse eponymos, nunciam demum in eo est, ut revertamur ad JG. IX 2, 543, unde excessimus:

- a. 1 *στρατηγοῦντο[ς Σω]σιπάτρου¹⁾*

¹⁾ Sosipatrum reputantes paululum Perrhaebos (JG. IX 2, 1300) adeamus:

- v. 5 *στρα]ηγοῦ Τιμασιθέων*
 v. 11 *ἐ]πὶ στρατηγῶι Τιμα[σιθέωι*
 v. 17 *στρατ[ηγῶι] Σωσιπάτρ[ωι]*

quae manmissio nomine quaestoris Eubioti filii Methystis cohaeret cum JG. IX 2, 1299, ubi idem Timasitheus atque Cleanor apparent, quod nomen Kern ex illis litteris *KAIAN* emendavit:

- v. I 3 *ἐν στρα]τηγῶι Τιμασιθέωι*
 v. I 9 *ἐν στ(ρ)ατηγῶι ΚΑΙΑΝ (Heuzey)*
PI Ἀρχαθίων ὁ ἀπελευθερωθεὶς κτλ.

- v. 6 στ]ρατηγοῦντος Ξένωνος
 b. 12 στ]ρατηγουντος ΚΥΔ . . .
 v. 16 στ]ρατηγοῦντος Μενεκλίου

Illud Κυδ Wilamowitz Κυδίου vel Κύλλου supplere proposuit. Cum in antecedentibus titulis Cyllum atque Sosipatrum iisdem annis foederi praefuisse cognoverimus, manifestum est in lacuna IX 2, 543 b 12 Κύλλου restituendum atque Sosipatrum tituli IX 2, 543 eundem esse ac praetorem marmoris IX 2, 1043; 1) unde apparet viros doctos erravisse Cyllum aetate Hadriani ponentes patremque illius T. Flavii Eubioti censentes, qui ab Hypataeis honoratus est. 2) Stemma gentile familiae Cylli hoc fere enascitur:

Eubiotus praetor circa a. 27 a. Chr. n.: IX 2, 415 a. v. 38.

Cyllus praetor aetate Augusti: IX 2, 543. 1041 c. 1043 b.
 fortasse

Eubiotus praetor a. 43/44 p. Chr.: IX 2, 206 III.

T. Flavius Cyllus ἐπιμελητῆς Θεσσαλός: Domitiani aetate civitate affectus. Bull. Hell. XXI 155.

T. Flavius Eubiotus: IX 2, 44.

Ad hoc stemma accuratius intelligendum nonnulla exponemus.

Temporibus Domitiani³⁾ familia civitatem Romanam accepit, cf. IX 2, 44 T. Φλαοῖον T. Φλαοῖου Κύλλου υἱὸν Εὐβίοτον. Terminus ante quem constat morte Domitiani, qui postremus imperator fuit e gente Flaviorum. Terminum post quem praebet inscriptio Delphica⁴⁾: τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων

Propter formulam τὰ γεινόμενα ἀργυρίον δ(ηνάριον) κβ' < Timasitheum nullo modo pertinere posse ad praetorem secundi a. Chr. saeculi manifestum est. Itaque mihi quidem aliquid probabilitatis inhaerere videtur Sosipatrum praetorem Timasitheum sequentem cum eponymo iam nuper tractato (JG. IX 2, 543) coniungi, qua de causa Timasitheum quoque his annis immisimus.

1) Cf. etiam nummos: Leake l. l.: recto — verso *Κύλλον* *Πετραίο* ubi Petraeus itidem hanc aetatem indicat.

2) JG. IX 2, 44.

3) Preuner, Griech. Siegerlisten Ath. Mitth. XXVIII 373.

4) Bull. Hell. XXI 155.

Τι(τον) Ἀβίδιον Κυῆτον ἀνθύπατον Ἀχαιῶν ἐνεκεν τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας διὰ Κύλλον τοῦ Εὐβιότου Θεσσαλοῦ ἐπιμελητοῦ; quare elucet familiam Cylli et Eubioti post proconsulatum T. Avidii Quietii atque ante imperatoris Domitiani excessum civitate esse honoratam. Preunerum sequor, qui omnes inscriptiones, ubi familia civitate Romanorum caret, ante Domitianum posuit.¹⁾ Ut Cyllum accuratius aetati Augusti inseramus, alia afferimus. Catalogus victorum IX 2, 532 ita datur: *Θεμισ]τογένους τοῦ Ἀνδρο[σθέν]υς τοῦ ταγέοντος [τὴν π]ρώτην χώραν ἐν στρα[τη]γῶι Κύλλωι,*²⁾ qui eponymus ad Cyllum filium Eubioti (IX 2, 1041 b c, 543) pertinet. Postremo titulum IX 2, 415 a provocamus:

- v. 9 ἐπὶ στρατηγοῦ Θεμιστογένους τοῦ
Ἀνδροσθένους
v. 22 ἐ[ν] τῇ στρατηγίᾳ τῇ Θεμισ[το]γένους
τοῦ Ἀνδροσθένου[ς]
v. 38 ἐπὶ στρατηγοῦ Εὐβιότου
v. 73 ἔτους τοῦ ἐπὶ αὐτοκράτορος Καίσαρος
θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ

quibus testimoniis collectis hanc coniecturam facere non difficile est: cum supra aliis rebus commoti Cyllum Eubioti filium aetate Augusti posuerimus, nunc satis perspicuum est Eubiotum praetorem, qui in titulo IX 2, 415 circa a. 27 a. Chr. obvenit, Cylli fuisse patrem; quae res verisimilior fit catalogo IX 2, 532, ubi Cyllus eponymus simul cum duce Larisaeorum Themistogene Androsthene filio tempus definit.

Iam Preuner³⁾ Themistogenem Larisaeum ad praetorem manumissionis IX 2, 415 rettulit, Cyllum autem, qui in indice IX 2, 532 occurrit, ad stelas IX 2, 1042 b, c revocare non ausus

¹⁾ Cf. IX 2, 15 ubi Cyllus et Eubiotus quidam manumittunt. Cf. etiam inscriptiones, unde profecti sumus IX 2, 1041 b, c et 543, quae iam p. 36 sq. ad Augustum relatae sunt.

²⁾ De formula cf. p. 28, 29.

³⁾ Ath. Mitth. XXVIII 380. Praeterea cf. addenda addendorum, ubi Kern in tergi margine 415, v. 15 ΓΟΥΚΥ recognovit, quae vestigia fortasse ad ἐπὶ στρατη]γοῦ Κύ[λλον] spectant, praesertim cum in alio latere 415 a Themistogenes eponymus occurrat.

est.¹⁾ Sed nulla re impedimur, quominus Themistogenem atque Cyllum cum titulo IX 2, 415 connectamus. Androsthene pater *ταγοῦ* et praetoris Themistogenis facillime ad eponymum a. 49/48 a. Chr. referri potest. In nummis Themistogenes saepius impressus est, quem eundem putamus, quia nomen illud apud Pere. Gard. 12 cum Cephalo quodam coniungitur.²⁾ Cephalus autem cum Nicocrate cohaeret, quem his annis ipsis statuendum esse p. 27 intelleximus. Graviora accedunt. Cephalum imperatore Augusto ipsum praetorem fuisse cognoscitur ex titulo IX 2, 1295, de quo agere pretium operae est:

II 3 *ταμείοντος Λυσιμάχου τοῦ [Παν]αχάϊου τὸν ἐνιαυτὸν στρατη[γ]οῦντος Κεφάλου.*³⁾

III 20: *ταμείοντος τῆς πόλεως . . αἰὼν τοῦ Εὐηθίδου στρατηγοῦντος Λύκου.*⁴⁾

IV 26: *ταμείοντος τῆς πόλεως Διονυσίου τοῦ Σωσίμου τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ στρατηγοῦ Ἐ(ν)ρουδάμαντος τοῦ* (nomen patris). Apparet Cephalum aetate Augusti fuisse eponymum, quoniam hic quoque Eurydamantem repperimus, de quo iam ante satis diximus, neque minoris momenti est formula illa: *τὰ γεινόμενα δεινάρια εἴκοσι δύο [δ]βολοῦς τέσσαρες* (IX 2, 1295, 14).

Iterum ad lapides Gonnorum redeamus. Cum iam supra titulos IX 2, 1042 I atque IX 2, 1040 b, c, d neque minus IX 2, 1043 et IX 2, 1041 a, b, c et IX 2, 543 inter se omnes cohaerere demonstraverimus, nunc stelis IX 2, 1042 II, III operam demus, quas viri docti adhuc aetati Flaviorum attribuerunt, quam rationem nullo modo sequimur, quia manumissiones IX 2, 1042 II, III praeclare cum 1042 I cohaerent, qua re manifestum

¹⁾ Ath. Mitth. XXVIII 378.

²⁾ Praeterea Themistogenem praebet Mion. 8 recto — verso *Γοργίας Θεμιστο;*
cf. num. berol. p. 5. Mionnet: *Γορδίας*. Pere. Gard. 28—30 recto —
Φιλίππου
verso *Θεμιστογένης*

³⁾ Leake l. l. recto — verso *Κεφάλου*.

⁴⁾ Idem Lycus alterum praetor Tiberio imperatore. Cf. p. 43 sq. De hoc Lyco segregandus est Cocceius Lycus praetor a. 131/132 p. Chr. JG. IX 2, 546.

[τὸ] δεύτε[ρον]. 1042 Π 46: ἐπὶ στρατηγῶι Ἀριστοφύλωι τὸ δεύτερον.

Tempus Augusti porro statuitur formulis illis, quibus iam crebrius occurrimus:

ταμιεύοντος κτλ.

τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ στρατηγῶ

neque omittimus mira illa signa δηνάρια K : B : O : ∞∞ quae δηνάρια κβ' ὀβολοὺς δ' significant, quam coniecturam ab Hillero de Gaertringen et B. Keilio factam tituli Perrhaeborum iam antea certissime confirmaverunt.

In Aristophylo tractando longius aberramus, cum nomen in titulis Thessalorum saepius exaratum sit. Praetor eiusdem nominis occurrit in manumissione Hypataea IX 2, 16, quam propter Coccium Lycum Aristophylo illi praecedentem anno 131/132 posuimus.¹⁾ Alius Aristophylus apparet in fragmento IX 2, 256, cuius eponymi sunt:

v. 1 στρατηγοῦντος Φ[λα]βίου Πολυκρίτου τὸ β'

v. 6 στρα(α)τηγοῦντος) K[λ.] Ἀριστοφύλου

v. 11 στρατηγοῦντος Σωσιπάτρου

qui cohaerent cum manumissione IX 2, 19:

στρατηγοῦντο]ς Εὐβιότου

στρατηγοῦντος Πολυκρίτου

Nomen gentile aetatem Flavorum terminum post quem indicat. Nisi ductus litterarum maxime JG. IX 2, 16 et 256 dirimeret, Aristophylos eosdem putaremus. Aristophylus quidam Aristophylidis filius Larisaenus a Delphis honore proxeniae ornatus est.²⁾ Praeterea cf. JG. IX 2, 541, ubi ἱερομνημονεύων Ἀριστόφυλος ὁ Φιλίσκου Eubioti iterum eponymo exscriptus est, quem praetorem fortasse ad Eubiotum titulo IX 2, 19 praescriptum referre possumus.³⁾ Incerta sunt illa quae Heuzey et Daumet v. 7 ΤΑΤ-ΤΡΦΙΛΑΟΚ = σ]τ(ρ)ατ(η)γοῦντος) proposuerunt.

Aetate Augusti Antigonus Thessalis praefuit: Perc. Gard. 70—72 recto imago Augusti Θεσσαλῶν Σεβαστήων, verso Ἀντιγόνοῦ στρατηγῶ, quo aere Jardé et Laurent ante me

¹⁾ JG. IX 2, 546.

²⁾ Bull. Hell. XXIII 488.

³⁾ De Eubiotis cf. p. 47.

ipsi usi sunt, ut Antigoni annum stabilirent, qua in quaestione egerunt de JG. IX 290¹⁾ = Ἀθην. VII, 1895, 491 M. Chatzizogidis restitue στρατηγοῦ Ἀντιγόνου, cette restitution n'est pas fondée, les actes d'affranchissements sont redigés sous la forme ordinaire et nous devons lire: --- Ἀντιγόνου ἀπὸ Πολεμοκράτους, Λύκιος(ς) Τειμασιθέου ἀπὸ Νικοστράτου καὶ Ἀρμοδίκης, Ἡρακλείδης κτλ.

Chatzizogidis exscripserat ΣΤΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, sed Kern accuratius ΣΡ an ΣΥ, quare quod illi opposuerunt refutatur. Alia obsistunt; quamquam illa forma manumissionis . . . Ἀντιγόνου ἀπὸ Πολεμοκράτους· Λύκιος(ς) Τειμασιθέου ἀπὸ Νικοστράτου κτλ. multo maxime est usitata atque pervulgata, tamen non desunt exempla illius formulae, quarum sententia est σ(τ)ρ(ατηγοῦ) Ἀντιγόνου· ἀπὸ Πολεμοκράτους· Λύκιος Τειμασιθέου, ἀπὸ Νικοστράτου καὶ Ἀρμοδίκης· Ἡρακλείδης. Comparetis velim JG. IX 2, 287 v. 4: ἀπὸ Εὐρυδάμαντος τοῦ Ἀγα[θ]άνορος καὶ Θω[ρ]α[ν]ίδος τῆς Νικάνορος καὶ Φοννίου τοῦ Εὐρυδάμαντος· Φίλων Εὐρυδάμαντος; deinde sequitur forma illa vulgaris: Ἀντίοχος ἀπὸ Τειμαίου τοῦ Πανο[α]νίου καὶ Ἀμύντα. Sed iterum subsequitur: ἀπὸ Τιμαίου τοῦ Σωσιπάρτου· Πάρος ἀπὸ Μουσαίου καὶ --- κτλ. Multo melius atque certius autem elucet, quantopere Jardé erraverit, ex titulo IX 2, 1044 a 3, quem Kern ita habet: στρατ[η]γοῦ Ἀντιγόνο, ²⁾ neque quicquam impedimento est, quin praetorem ad eum Antigonom referamus, qui e nummis et manumissione IX 2, 290 notus est.

In dextro eiusdem lapidis latere IX 2, 1044 d alium adhuc ignotum eponymum, quem ad eosdem annos pertinere iudicamus, Kern enucleavit: ταγεόντων τῆς πόλεως στρατηγοῦντος Ἀρμωνος ³⁾ Εὐδόξου τοῦ Ἐπινίκου. Tota illa formula, qua illud στρατηγοῦντος vel ἐπὶ στρατηγοῦ interiectum est inter ταγεόντων atque nomina ducum Gonnorum ipsa, non

¹⁾ Bull. Hell. XXVI 370.

²⁾ Hac inscriptione probatur praetorem foederis simul etiam domi magistratu fungi posse, cum Antigonus in numero ταγεόντων τῆς πόλεως enumeretur.

³⁾ Etiam Harmon eponymus simul ταγός Gonnorum fuisse videtur, quod ex illa forma plurali ταγεόντων apparet.

discrepat ab aliis titulis, qui certe ad Augusti aetatem vocantur. Praeterea afferimus scripturam: Ypsilon transverse scriptum (v. 7. 8. 9), quod reperimus IX 2, 1042 III, 96. 98. 99. 100. 103. IX 2, 1042 I, II, 1043; illud Epsilon transversum (v. 10) itidem saepissime IX 2, 1043 v. 6. 8. 10. 12. obvenit. Epinicus pater Eudoxi (v. 9. 10) fortasse spectat ad Epinicum patrem Theodori (IX 2, 1042, 16. 20. 97). In postica eiusdem marmoris parte IX 2, 1044 c Kern titulum paulo corruptiorem exscripsit: *ταγευόντων τ[ῆ]ς πόλεως τὸν ἐνιαυτὸν* ([τὸ]ν ἐνιαυτὸν) τὸν ἐπὶ στρατηγοῦ Ἐρμ[ί]ου; propter formulam praetor non alienus est ab aetate anticae partis tituli. Ectypa perarantes eundem praetorem in titulo IX 2, 207f deteximus. Post illud *στρατηγοῦντος* litteras *EPM* vidimus, quare corruptela sanatur.

Nonnullis nummis alii eponymi traditi sunt, de quibus disputandum est: Mion. sup. 58 recto imago Augusti *Σεβαστήων Θεσσαλῶν*, verso *στρατηγοῦ Μεγαλοκλέους* vel Mion. sup. 59. Titulum IX 2, 1294, 4 hoc nummo emendari verisimile est: *ἐν στρατη]γῶ Μεγαλο[κλει]*. Apud Mion. sup. III 68, 69 eadem nomina apparent, sed loco imaginis Augusti Livia est impressa.

Praeter eos praetores¹⁾ exscripsit Mion. sup. 65, 66 recto: im. Liviae *Σεβαστήων Θεσσαλῶν*, verso *ΣΤΡΑΤΗΓΟ ΛΥΚΟΥΤΟΒ*, quocum nummo coniungimus Perc. Gard. 73. Mion. sup. 61: recto *Θεσσαλῶν Σεβαστήων* (Head of Augustus l. radiate) verso *Στρατηγοῦ Λυκούτου* atque Mion. sup. 73, 74: recto Tiberius *Θεσσαλῶν Σεβαστήων*, verso *Στρατηγοῦ Λυκούτου*. Monceaux illum „Lycutum“ (Perc. Gard. 73, Mion. sup. 61) ad Augusti aetatem revocavit, cui opinioni Jardé obstitit arbitratus²⁾ nummos illos Augusto mortuo demum esse signatos. Jardé hoc rectissime coniecisse videtur, cum nummus capite Tiberii impressus paululum hanc sententiam adiuvet. Accedit, quod de miro illo nomine „*ΛΥΚΟΥΤΟΣ*“ viri docti adhuc non dubitaverunt. Sed Kern apographo illi fidem abrogat, cum nomen illud nusquam alio loco occurrat, quam suspicionem eo libentius sequor, imprimis

¹⁾ De Mion. sup. 60 *Σοοαρό* iam p. 35 tractavimus.

²⁾ Bull. Hell. XXVI 371.

cum illud *ΛΥΚΟΥΤΟΥ* facile sanetur ex Mion. sup. 65, 66, ubi recte *ΣΤΡΑΤΗΓΟ ΛΥΚΟΥΤΟΒ* exscriptum est: *στρατηγο[ῦ] Λύκου τὸ β'*. Nunciam reminiscamini quaeso lapidum, ubi (IX 2, 1295) iam antea eundem Lycum primum aetate Augusti praetorem cognovimus.¹⁾ Apparet profecto nummos illos recto tam variis capitibus impressos (Mion. sup. 65, 66; Perc. Gard. 73; Mion. sup. 61; Mion. sup. 73, 74) omnes esse excussos Lyco alterum Thessalorum praetore. Ut Lycus et Augusto et Tiberio imperatoribus Thessalis praefuit, ita Antigonus atque Megalocles significant in aere Tiberii eponymos,²⁾ neque in dubium vocamus, quin fuerint iidem.³⁾ Sed antequam ad Tiberii tempora transeamus, illis catalogis, quibus victores certaminum Larisaeorum memoriae sunt traditi, iterum inspiciamus, ut praeter Cyllum de Hegesia⁴⁾ agamus, quem Jardé⁵⁾ altero p. Chr. saeculo posuit, cum Preuner multo rectius circa Chr. n. statuerit.⁶⁾ In catalogo IX 2, 531 v. 44 vicit *ἐνκωμίῳ ἐπικῶν Ἀμώμητος Φιλοξ(ε)νίδου* et v. 48 *ἐπιγράματι*: iterum *Ἀμώμητος Φιλοξενίδου* quibuscum nominibus Preuner duas alias inscriptiones coniunxit IX 2, 1035: *Ἄρ[τ]έ[μ]ιδι Δελφινία Αἰσχυλῆς Σατύροι κόρα, γυνὰ Φιλοξενίδα Ἀμονμείτοι λειτορεύσανσα* atque IX 2, 535, 5: *ταῦρον περηράκον[τες]*: *Ἀμούμειτος Φιλοξ[ενίδατος]*. v. 12: *Κόιντος Ἄτιος [- - - - - Σε] ξιστοῦ νίδος*. Extremo indicii terminum post quem praebet *Κόιντος Ἄτιος [- - - Σε] ξιστοῦ νίδος*. Cum Preuner aliqua fide evicerit cognomen quoque illius Romani detritum esse, titulus IX 2, 535 illo additamento „νίδος“ primo ineunte saeculo a. Chr. n. ponitur,⁷⁾ quod dialectus atque nomina patrum adiectivi forma exarata adiuvant. Formula velut⁸⁾: *Ἀρχίλαος Πομπόνιος Γαίον* antiquioris moris est; quibus praemissis gentile stemma quod Preuner statuit, addimus:

¹⁾ Cf. p. 39.

²⁾ Mion. sup. 70—78.

³⁾ Jardé et Laurent disputaverunt: *sous l'empire il arriva assez fréquemment que le même personnage remplit plusieurs fois la charge de stratège*. Sed iam initio foederis Thessalorum exstiterunt exempla iterationis. Cf. Eunomum, Hippolochum p. 9 sq., 16.

⁴⁾ JG. IX 2, 531, 4 *ἐν στρατηγῶ Ἡγησία*.

⁵⁾ Bull. Hell. XXVI 373.

⁶⁾ Ath. Mitth. XXVIII 381—382.

⁷⁾ Cf. Dittenberger, Syll.² 355.

⁸⁾ Dittenberger, Syll.² 322.

Φιλοξενίδας

Ἀμούμειτος Ἀπολλόδουρος

JG. IX 2, 535 ταῦρον πεφηράκοντες circa a. 70 a. c.

quem Ἀμούμειτον fuisse patrem Philoxenidae, uxoris Αἰσχυλέως (IX 2, 1035) Preuner indicavit, cum titulus ille honorarius dialectum quidem quoque teneat, nomen patris autem iam forma genetivi exscriptum sit loco adiectivi, quae fuerat antiquioris aetatis:

Ἀμούμειτος circa a. 70 a. Chr.

Φιλοξενίδας > Αἰσχυλῆς circa a. 40

Ἀμώμητος

qui Hegesia praetore ἐγκωμίῳ ἐπικῶι et ἐπιγράμματι vicit. Addamus unum et aliud, ut illa Preuneri confirmemus. IX 2, 531 v. 13 vicit: προσδρομῆι ἰππέων: Δημήτριος Δημητρίου, v. 22 idem ἄνδρας στάδιον, quem eundem Demetrium reperimus IX 2, 532 v. 16 victorem προσδρομῆι πεζῶν; praeterea cf. IX 2, 531 v. 34: Ἐπαλίδην Θεμιστογένους cum indice IX 2, 532 v. 26, ubi fratrem illius fortasse cognoscimus: Ἀνδροσθένην Θεμιστογένους.

Cum catalogus IX 2, 532 argumentis certissimis iam p. 38 explicatis aetate Augusti exaratus sit, constat titulum IX 2, 531 ceteroquin iisdem annis esse inscriptum.¹⁾ Catalogum IX 2, 531 paululum tractamus, cum magnae utilitati sit, ut manumissiones tempore definiamus, quae minime certae aetati adhuc sunt adscriptae. Censeo enim titulos IX 2, 549 et 550 iisdem fere annis esse exsculptos, ad quos index victorum IX 2, 531 pertinet. Si ita est, Demotherses praetor seriei certum locum occupat. Nimirum videmus victores quosdam catalogi IX 2, 531 manumittentes iterum occurrere in marmore IX 2, 550; nam verisimillimum est Philonem filium Philonis ducem Larisae atque Philonem filium Philonis natu minorem (IX 2, 531 v. 1. 12. 47) ad manumissores esse referendos:

¹⁾ Hegesias quidam in nummis obvenit, qui itidem ante aetatem imperatoriam signati sunt. Perc. Gard. 8 recto — verso
Ἡρακλ
Ἡγησίας

IX 2, 550, 1—10 *Εὐτυχος ἀπὸ Φίλωνος τοῦ Φίλωνος καὶ Λιοδώρα[ς] τῆς Κλεοπάτρου καὶ Φίλωνος τοῦ Φίλωνος.*

Ad maiorem verisimilitudinem coniectura ascendit, cum alius victor tituli IX 2, 531 v. 36 *Κτήσων Πανσανίου* manumittat IX 2, 550 v. 16—17: *Εὐπραξίς ἀπὸ Πανσανίου τοῦ Εὐδήμου καὶ Κτήσωνος καὶ Ἀνδρομάχου τῶν Πανσανίου.* Sed manumissionem IX 2, 550 peranguste cum IX 2, 549 cohaerere ex initio tituli 549 apparet: *Φρυνίχου τοῦ Δικαιογένους ταμειύοντος τῆς πόλεως τὴν πρώτην ἐξάμηνον τὴν ἐπὶ στρα(τη)γοῦ Δημοθέρου.* Quaestor ille Phrynichus filius Dicaeogenis iterum occurrit in tabula IX 2, 550 v. 14: *ἀπὸ Φρυνίχου τοῦ Δικαιογένου[ς].* Quibus argumentis maxime perspicuum est Demothersem aetate Hegesiae circa Chr. n. esse ponendum.

Alios catalogos victorum perquirentes, quo tempore definiantur, invenimus JG. IX 2, 533: *Δημάρχου τοῦ Αἰσχίνο[υ] τιθέντος τὸν ἀγῶνα τοῖς π[ροκιν]δυνεύσασιν ἐπι --- οἱ νενικηκότες ἐν στρατηγῶι Κρατε---* quod mutilatum nomen

Jardé et Laurent suppleverunt ex Perc. Gard. 6 verso: *Ἀρμοδίου* ¹⁾ *Κρατεροφ*

Sed quomodo hunc nummum altero p. Chr. saeculo ponere ausi sint nescio, praesertim ipsi cum confirment²⁾ aetate imperatoria nummos plerumque recto imperatoris effigiem ostentare. Equidem propono titulum IX 2, 533 exeunte saeculo secundo vel primo a. Chr. n. ineunte statuere, si *Δημάρχος ὁ Αἰσχίνου* idem est,³⁾ qui aerario urbis praeest in titulo IX 2, 539, quem saeculo altero a. Chr. exeunte incisum⁴⁾ iam p. 23 sq. evicimus, quam ad aetatem nummus ille multo quoque melius pertinet.

Si tabulas praetorum Augusti aetatis perlustrans numerum illorum comparaveris cum annis, quibus Augustus imperavit, haud scio an te opprimat permagna illa copia nominum. Attamen nihil offensionis est, cum miras illas res magistratus suffecti explicare possint, sive eponymi nonnumquam morte magistratu

¹⁾ num. Berol. quidam plenius: „Κρατερόφρον“.

²⁾ Bull. Hell. XXVI 373, 1.

³⁾ Similia iam de Sanctis: mon. ant. VIII 60, 73 suspicatus est.

⁴⁾ Litterarum ductus non obstat, cum tituli IX 2, 539 et 533 nullo modo inter se differant atque supra demonstratum sit Thessalos iam primo a. Chr. saeculo lineis elegantius atque exornatius ductis litteras exarasse.

excesserunt sive se abdicaverunt nonnulli. Praeterea elucet illam „Augusti aetatem“ latius patere posse vel in annos ante vel post imperatoris illius dominationem, cum nihil nisi id agamus, ut artius tempus eponymorum definiamus.

Caput IV.

De Tiberii vel recentioris aetatis eponymis.

Tiberio imperante praeter illos, quos imperatore Augusto magistratus foederis ante intelleximus, unus notus est apud Mion. sup. 72: recto imago Tiberii *Θεσσαλῶν Σεβαστήων*, verso *Ἀσάνδρον στρατηγῶν*.

a. 43/44 p. Chr. Eubiotus¹⁾ praetura functus est, quem annum ex nomine imperatoris ipsius colligimus IX 2, 206 III, 5: *ἔτους γ' Τιβερίον Κλαυδίου Καίσαρος Γερμανικοῦ Σεβαστοῦ τοῦ καὶ λ' καὶ γ' στρατηγῶντος Εὐβιότου*. Ex lapide IX 2, 544 elucet annum 10 p. Chr. initium esse huius aerae thessalicae atque Apollodorum a. 41/42 eponymum quartum fuisse; cf. IX 2, 544: *ἐν τοῖ π[ρῶ]τοι ἐτει Τιβερίον Κλαυδίου [v Κ]αίσαρος Γερμανικοῦ Σε[β]αστοῦ τοῦ καὶ λ' στρατηγῶντος Ἀπολλοδώρου τὸ τέτατον*. Nunc iam ad Perrhaebos eamus, ubi in duobus titulis praetores eiusdem nominis occurrunt: JG. IX 2, 1296, IV 15 *ἔτους] τέσ(σ)α(ι)ρ(ε)ς καὶ δεκάτου Σεβαστοῦ στρα[τηγῶν]τος Ἀπολλοδώρου*. V 22: *ἔτους τέσσαρ]ες καὶ δεκάτου Σεβαστοῦ στρατη[γῶν]τος Ἀπολλ]οδώρου*. Si illud *Σεβαστοῦ* pro se positum ad Augustum revocamus, manumissiones illas ad annum 14/13 a. Chr. n. pertinere manifestum est, quod stabiliunt illa *τὰ γεινόμενα*

¹⁾ Praetores quibus nomen Eubiotus est, sunt distinguendi:

a) Eubiotus aequalis Augusti et Themistogenis praetoris (IX 2, 415).
 b) Eubiotus praetor a. 43/44 p. Chr. (IX 2, 206 III). c) Eubiotus qui Polyerito praetori antecessit (IX 2, 19, 3), quem si Polyeritum ad magistratum eiusdem nominis (IX 2, 256 b 1) recte referimus, aetate Flaviorum ponendum esse arbitramur, cf. Bull. Hell. XXVI 372. d) In magno dubio sumus, quo secundam illam praeturam Eubioti (IX 2, 541) revocemus. Kern comparavit titulum IX 2, 541 cum IX 2, 415.

δ(ηνάρια) κβ' ό(βολούς) δ', quae formula iam saepius in titulis aetatis Augusti¹⁾ occurrit. Si ita recte interpretamur Apollodorum a. 14/13 a. Chr. fuisse eponymum, apparet hunc esse segregandum ab illo, quem lapis IX 2, 544 continet. Haesitantibus, quomodo res se habeant, aliud obvenit, quod praetoram alteram Apollodori cuiusdam praebet: JG. IX 2, 1298, IV 13: ταμιεύ]οντος Νικάνορος το[ῦ - -] | [. . . τήν] δευτέρ[α]ν ἐξάμηνον [στρα]τηγοῦντος Ἀπ]ολλοδώρου τὸ δεύ[τε]ρον]. Sed nullam ansam habemus, utri tribuamus.

In marmore IX 2, 545, 5 successorem Eubioti cognoscimus Lycophronem praetorem a. 44/45: ἔτους δ' Σεβαστοῦ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ τοῦ καὶ λ' καὶ δ' στρατηγοῦντος Λυκόφρονος. Eodem lapide praetorem a. 45/46 subsequentem evicimus. Si Kernii corrigenda, quae nunc sub prelo sunt, inspexeris, extrema verba tituli IX 2, 545, 18 videbis. Nam apographon quod Chatzizogidis fecit, partem quoque inferiorem retinuit: ἔτο[υ]ς ε' Σεβαστοῦ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερ[μ]ανικοῦ (Γερμ[α]νικοῦ) τοῦ [λ' καὶ ε'] στρατηγοῦντος Σωσάνδρου,²⁾ quare singulis annis ab 41 usque ad 45 omnes eponymos statuimus. Nam antecessor Eubioti a. 42/43 praetoris in marmore IX 2, 206 III invenitur Dicaeus.³⁾ Ex fragmento 206 III, quod plenius Spyridakis, *Δελτίον* VI 1906, p. 49 exscripsit, elucet Philiscum Eudemi filium paulo ante Dicaeum fuisse eponymum: ταμι[ε]ύον[τ]ος Κ[. . . .] |ς τοῦ Προ]ξέννου Ἄν . . . | ἀπελευθερωθεὶς ἐπὶ Πολέμω[νος] | καὶ Τε[ι]μαρέτου τῶν Ἀγαθωνίχου | ἔδωκεν τῇ πόλ[ε]ι ἀργυρίου | δ(ηνάρια) κβ' ἡμῶν στ[ρα]τηγοῦντος Φι]λίσκου. Patrem illius servavit fragmentum 206 II a plenius exscriptum *Δελτίον* 1906, p. 49 v. 10: στ[ρα]τηγοῦντος Φι]λίσκου τοῦ Εὐδήμου. Idem praescriptus est manumissioni IX 2, 15, 8. Jardé et Laurent Philiscum illum Eudemi filium aetati Hadriani

¹⁾ v. 18: idem quaestor Pausanias filius Aristandri aerario urbis praeest in titulo 1297, 40.

²⁾ Eponymum segregandum esse ab homonymo Augusti aetatis verisimile est.

³⁾ Qua de causa Jardé et Laurent Dicaeum vel Tiberio exeunte vel a. 42/43 posuerint, non video. JG. IX 2, 1044 e 10 Dicaeus iterum occurrit.

inseruerunt ratiocinati praetorem Philiscum ad manumissorem Larisaeum tituli IX 2, 546, 14 pertinere. Si viri docti litteraturam utriusque inscriptionis accuratius comparassent, illos non tanta audacia Philiscum magistratum ad manumissorem revocasse credo. Aliud addamus. In manumissione IX 2, 15 v. 4 *Κύλλος καὶ Εὐβίωτος* enumerantur illa aetate praemio civitatis Romanae nondum ornati, quos e familia Hypataea nobilissima, quae imperatore Domitiano civitatem accepit, enatos esse verisimile est.¹⁾

a. 47/48 p. Chr. *Φρύ]νος ὁ Ἀριστομένους* adscribendus est, quod e manumissione IX 2, 13, 9 patet: *ἔτους] Σεβαστοῦ ἔβ-
δόμου Καίσαρο[ς Γερμα]νικοῦ Σεβαστοῦ τοῦ καὶ τρι[ακοσ]τοῦ
καὶ ἑβδόμου στρατηγού]ντο[ς] [Φρύ]νου τοῦ Ἀριστομένους.* Quamquam copiose apparet illud supplementum *Φρυ* omnino esse incertum, tamen id nihilo setius proponere audeo, quia iam prius a. 179/178 praetorem Phrynum filium Aristomenis tractavimus, cuius e familia fortasse *Φρύ]νος ὁ Ἀριστομένους* est enatus. Sed in illam inscriptionem diligentius investigare operae pretium est, quia ad eandem aetatem alium eponymum referamus adhuc non accurate definitum. In lapide IX 2, 14, 4 viri docti exscripserunt: *στρατηγού]ντος Μενε[κράτους? τοῦ]
καὶ τρίτου*, quam corruptelam illi ex Perc. Gard. 5, 16, verso: *Ἀλεξάνδρο*
Μενεκράτης suppleverunt.²⁾ Putamus autem titulum IX 2, 14 cum

¹⁾ Cf. quae de Cyllo diximus p. 37 sq. Spyridakis, *Δελτιον* VI, 1906, p. 47 alias lectiones protulit pertinentes ad manumissiones lapidis IX 2, 206. Sed non merentur tantam admirationem, quanta sunt digna illa apographa 206 II a, III a. 206 I a 1, nam ille non recte exscripsit: *ΛΑΟΚράτης*, cum Philocrates praetor filius Archelaidae aliis lapidibus certissime confirmetur. 206 I b, 20 Spyridakis ita habet: *⊥ TP . . . ΓΕΙΝΙΟΚράτης* = *στρα[τα]γέ(οντος) Νι[χο]κράτης*. Si totum tenorem manumissionis 206 I b spectamus, elucet tantum abesse, ut praetor hoc loco desideretur, ut manumissus atque manumissor plane desint illi versui. Neque rectius vir ille Graecus lacunam 206 II b 27 sanare conatus est: *... ΣΣΩ...* = *[στραταγεοντο]ς Σω[σάνδρον]*, quo loco iterum manumissus expectatur.

²⁾ Sed in magna ambiguitate haeret, num illi supplemento credere possimus. Nam satis perspicuum est nummum ante Augustum esse excussum.

IX 2, 13 certissime esse coniungendum, quoniam nonnulli manumissores tituli IX 2, 13 in tabula IX 2, 14 iterum occurrunt litterarum formis inter se non differentibus:

- IX 2, 13 v. 10 ἀπὸ Μικκίωνος
 IX 2, 14 v. 8 ἀπὸ Μικκίωνος
 IX 2, 13 v. 18 ἀπὸ Ἀριστομέ[ν]ους
 IX 2, 14 v. 9 ἀπὸ Ἀριστο[μέν]ους
 IX 2, 13 v. 19 ἀπὸ Φιλοστράτου
 IX 2, 14 v. 10 ἀπὸ Φιλοστρά[του]

e quibus similitudinibus maxime probatur, quod iam ante suspicati sumus.

Ex aetate Neronis nonnulli nummi prodiderunt praetores: Perc. Gard. 75 recto: *Νέρων Καῖσαρ Θεσσαλῶν*, verso: *ἐπὶ στρατηγοῦ Λαθύχου*. Mion. sup. 83 recto: imago Agrippinae, verso: *Λαθύχου στρατηγοῦ*. Imperatricis nomine commoti Jardé et Laurent Lathychum ante mortem Agrippinae (a. 59) fuisse eponymum coniecerunt. Sed Lathychum iterum post Agrippinae mortem magistratum fuisse, eodem iure contendere potest ex Perc. Gard. 75 recto: *Νέρων Καῖσαρ Θεσσαλῶν* (Head of Nero r. laureate), verso: *στρατηγ[οῦ] [Λαθ]ύχου*.

Denique recto sunt impressi capite Neronis laureato nummi Perc. Gard. 74 verso: *Ἀρ[ιστί]ωνος στρατηγοῦ*. Mion. 53 verso: *ἐπὶ στρατηγοῦ Ἀλόρχου*.¹⁾ Sestini²⁾ verso: *στρατηγοῦ Πύθων[ος]*. Antigono et Megalocle exceptis de omnibus illis lapides silentium tenent. Ex Flavio aetate praeter eponymos iam ante commemoratos³⁾ nummi itidem praetorem servaverunt: Mion. sup. 84 recto: effigies Domitiani *Καῖσαρ*, verso: *Θῦχος*.

Nunc iam ad lapides revertamur: anno 131/132 p. Chr. Cocceius Lycus⁴⁾ eponymus est tituli Larisaei IX 2, 546, 3: *ἐν στρατηγῶν Κο(κ)κηί[ωι] Λύκωι ἔτους εἰ' αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανῶ Ἀδριανῶ Σεβαστοῦ*, quocum magistratu connectimus inscriptionem Hypataeam IX 2, 16, 9: *σ[τ(ρ)](α)τηγοῦντος*

¹⁾ Haud sio an nomen suspectum *ΛΑΟΡΧΟΥ* ex *ΛΑΘΥΧΟΥ* falso sit exscriptum.

²⁾ Descrizione delle Medaglie Antiche Greche del Museo Hedervariano, 1830, p. 144, 32.

³⁾ Cf. p. 41.

⁴⁾ JG. IX 2, 16. 341. 546.

Κοκκηίου Λύκου, cui v. 14 successit a. 132/133 στρ(ατη-
γοῦντος) Ἀριστοφύλου.¹⁾ Verisimile est cum hoc Aristophylo
cohaerere manumissionem Gomphicam IX 2, 289 c: [στρ(ατα-
γοῦντος)]²⁾ Ἀριστοφ[ύ]λο[υ] | ταμίον [N]ε(ι)κοβούλου ἀπὸ
Λ[ε]ϊρίου > | ἀπληλευθερώθη Νείκη [ξ]ενικῆ δου(σα) | ταῖ
πόλει δηνάρια κβ<'. Quibus de causis incitati simus, ut ita
iudicemus, ligaturae litterarum, quae in utraque inscriptione
sunt aequissimae, demonstrant.³⁾ JG. IX 2, 289 c:

Ρ Ο Α Θ Γ Η Ξ Ε Δ

JG. IX 2, 546:

Τ Ε Λ Ε Τ Ε Π Τ Ν Ξ Μ Ν Ψ Ε Α Ε Τ Η Μ Ε Υ Ν Ε Α / Υ
Τ Τ Ρ Π Π Π Θ Ν Ξ Ψ Ν Η Γ Η Μ Κ Ν Λ Χ Α Υ Ε Π
Τ Λ Α Κ Η Ν Η Γ Ν Ε Λ Ρ Μ Η Ν Ξ

Jardé et Laurent hunc Aristophylum non recte profecto praeteri-
erunt, cum idem marmor alium praetorem contineat a viris doctis
adhuc in incerto relictum. In altero eiusdem marmoris latere
exscriptum est⁴⁾: [στρ(αταγοῦντος)] Ἰουλίου Ἀρ[ρ]οφίλου |
ταμειούτος -νος ἀπληλευθερώθη | ἐπὸ Εὐρυδάμαντος Φοῖβος
δοῦς | τὰ γεινόμενα τῆ πόλει δηνάρια | κβ<'. Supplementum
illud [στρ(αταγοῦντος)] certum est, cum quaestor, manumissor,
libertus sequantur. Totus tenor utriusque inscriptionis ex omnibus

¹⁾ Forma litterae Ξ maxime illis temporibus a quadratariis usur-
pabatur. Velim conferatis titulos Magnetum, qui secundo p. Chr. saeculo
his litteris curvatis studiosissime favebant. Cf. Kern: Die Inschriften
von Magnesia am Maeander, p. XXXV.

²⁾ Non accurate typis exscriptum est [στραταγοῦντος], cum com-
pendium CΓ [στρ(ατηγοῦντος)] in lacuna desideretur.

³⁾ Apud Magnetes ligaturae a lapidariis saeculo p. Chr. altero ineunte
(a. 104) incidi coeptae sunt. Cf. Kern l. l. p. XXXV. De Atheniensium
usu cf. Larfeld: Hdb. der griech. Epigraphik II 2, 513: *Ligaturen aus
vorhadrianischer Zeit sind nur äusserst selten nachweisbar und der über-
wiegenden Mehrzahl nach nicht hinreichend bezeugt. Erst seit Hadrian
mehren sich die Beispiele.* Apud Thessalos illis ligaturis maxime
utemur ad eponymos definiendos. Verisimile est sequentes praetores
secundo p. Chr. saeculo ineunte usque ad Hadriani excessum foedus ad-
ministravisse. In nummis recentiorum imperatorum praetores nusquam
impressi sunt, qua re magistratum illum sublatum esse suspicamur.

⁴⁾ Ligaturae sunt hae: ΑΕ, ΤΠ.

partibus maxime consentit. Videamus quaeso, quomodo datae sint inscriptiones illae:

IX 2, 289 b *στρ(αταγοῦντος)*

IX 2, 289 c *στρ(αταγοῦντος)*

In utraque sequitur *ταμειύοντος* vel *ταμίον*, cui iterum succedunt manumissores et libertus. Denique animos intendatis velim ad formas illas

b: *δοῦς τὰ γεινόμενα τῆι πόλει δ(ηνάρια) κβ<*

c: *δοῦσ(α) ταῖ πόλει δ(ηνάρια) κβ<*

Quibus omnibus similitudinibus eadem aetas significatur. Itaque si recte interpretati sumus, Iulius Arnophilus circa a. 131/132 statuendus est. Si quid de praetoris patria indicamus, Arnophilum Hypatae ortum esse probabile est, cum complures Hypataei eiusdem nominis titulis contineantur. Nescio, num inscriptio Delphica C. I. G. 1717 ad praetorem pertineat: *Ἄ πόλις τῶν Δελφῶν Ἰούλιον Ἀντάφιλον Θεσσαλὸν Ὑπαταῖον τὸν καὶ Δελφὸν ἀγωνοθετήσαντα Πύθιον ἐνδόξως κατὰ τὴν παλαιὰν δόξαν τοῦ ἀγῶνος*. Lectionem Boeckhii *Ἀντάφιλον* mutaverunt Jardé et Laurent adducentes IX 2, 34:

[*-κατ*]ἀχρυσὸν

N ἐπιμεληθέντος --

OY τοῦ Ἀρνοφίλου

[*ιερέως*] τῶν Σεβαστῶν καὶ

πρω[*τοστά*]τον ταγοῦ. Θεοῖς σο[*τῆρσι*]

Titulus IX 2, 13 v. 15, quem a. 47 p. Chr. supra posuimus, itidem Arnophilum manumissorem tenet. Tertia eiusdem lapidis inscriptio IX 2, 289 a eidem aetati attribuenda est, cum hoc ligaturae suadeant¹⁾ neque formulae manumissionis a titulis IX 2, 289 b c differant. Sed iamdudum in eo est, ut revertamur ad manumissionem IX 2, 16. Manumissor quidam monet, ut marmor IX 2, 17 certae aetati adscribamus. In titulo IX 2, 16 v. 8 manumittit *Νεικόλαος ὁ καὶ Λούκιος*, quem eundem esse apparet ac patrem quaestoris libertorum IX 2, 17: *παρὰ*

1) Δ, Δ.

Νεικολάου Νει[κ]ολάου τοῦ καὶ Λου[κίου] το[ῦ] ἐπιμελη τοῦ τῶν ἀπελε[ν]θηρικῶν χρημάτων. Huius tituli eponymus est Hellanocrates, qui, si ita recte conicimus, his annis asseritur.¹⁾ Sed tabula IX 2, 16 vel multo gratior est, quod etiam alios magistratus cohaerentes praebet. Manumissio IX 2, 16 insculpta est in eiusdem marmoris latere, cuius in antica parte incisi sunt tituli IX 2, 22, 21. Litterarum ductus cum accuratissime inter IX 2, 16 et 22, 21 in unum congruat atque manumissio IX 2, 21 in antico latere inveniatur, verisimillimum esse videtur titulum IX 2, 21 paulo ante IX 2, 16 esse exaratum. Manumissio 21 ita data est:

- v. 4 *στρ(ατηγοῦντος)²⁾ Γραικηίου Πρόκλου*
 v. 10 *στρ(ατηγοῦντος) Φιλίσκου³⁾ τοῦ Ἀριστονείκου*
 v. 13 *στρατηγοῦντος Εἰσαγόρου τὸ β'*

Tres illi praetores igitur Cocceio Lyco paulo antecesserunt. *Εἰσαγόρας τὸ β'* eponymus iterum occurrit in lapide IX 2, 302

- v. 6 *στρ(ατηγοῦντος) Αἰσαγόρου Α τὸ β'⁴⁾*

quem eundem esse certum est, cum litteratura non discrepet.⁵⁾ Hoc marmor maioris momenti est duobus aliis eponymis servatis, quos ita in certum locum restitimus.

- v. 14 *τ[α]μία Εὐρυνόωι Ἡρακλείδου | [στρ(ατηγοῦντος)]⁶⁾*

¹⁾ Quam ad opinionem bene apta sunt, quae Kern litteratura comotus dixit: titulum Hadriani temporibus vix esse antiquiorem.

²⁾ Ectypo inspecto C† invenimus.

³⁾ Iudicamus hunc Philiscum filium Aristonici eundem esse atque Aelianum Philiscum (JG. IX 2, 1268), ubi itidem Graecceius eponymus occurrit. Cf. p. 54.

⁴⁾ Kern non accurate affert Jardé: Bull. Hell. XXVI 370, quia viri docti ibi non hunc praetorem Isagoram tractaverunt, sed de homonymo agunt, qui aetate Augusti res Thessalorum gessit.

⁵⁾ Jardé: Bull. Hell. XXVI 374 eos in incerto reliquit secutus ea, quae De Sanctis: Mon. ant. VIII 69, 70 scripsit pro *Εἰσαγόρου: Ἀνσαγόρου*, quod ab illis falso conceptum est propter illud *Αἰσαγόρου Α* (IX 2, 302 a v. 6). Illud *τὸ β'* idem atque „iterum praetor“ sumendum est neque *Εἰσαγόρας ὁ Εἰσαγόρου*, quomodo De Sanctis interpretatus est.

⁶⁾ [στρ(ατηγοῦντος)] quod Kern supplevit, probabile est, cum tenor totus, quo illud *ταμία Εὐρυνόωι* antecedit atque *μηδὲς Θίου* subsequitur, ita postulent.

[II]ε[τ]ρα[ί]ου τοῦ Ἡρα|κλείδου μηνὸς Θ[ύ]ου atque 302 b 5: ταμίαι Νεικάνορι Γερμανοῦ στρ(ατηγοῦντος) Ἀμυνάνδρου τοῦ καὶ Σώφρονος.¹⁾ Iam spectamus manumissionem IX 2, 21, cum simul alius lapis IX 2, 325 a b tempore non multum absit. Tituli IX 2, 21, 4 est eponymus Graeceius Proelus, quod rarissimum nomen in tabula IX 2, 325 a itidem invenimus: Νικόπολις ἢ ἀπελευθερωθεῖσα ὑπὸ Ἀντιπάτρου < ἔδωκεν τῆι πόλει (δηνάρια) κβ< ταμίαι Μουσαῖω Νικάνορος στρ(ατηγοῦντος) Ὀπίου Γραικῆίου [μ]ηνὸς Ἰπποδρομίου[υ]; litterarum ductus, quo uterque titulus IX 2, 21 et 325 a exscriptus est, non inter se differt. Praeterea aliud habemus, quo Flavios quidem inscriptioni terminum post quem praebere apparet. Manumissionis eiusdem formulae IX 2, 325 b datur: ταμίαι Φλαβίω Ἀμβιλόγωι, quod nomen gentile titulum post Flavios attribuit. Manumissiones IX 2, 325 a b iisdem annis esse incisas certum est, cum formulae et litteratura accurate inter se consentiant. Nomen Graecei Proeli nos incitat, ut marmor IX 2, 1268 perlustremus:

- II 3 σ[τρατηγοῦ]ντος Ἀνδρομένους
 III 9 στρ(ατηγοῦντος) Ἐλιανοῦ²⁾ Φιλίσκου
 IV 13 στρ(ατηγοῦντος) Εὐδήμου
 V 18 στρ(ατηγοῦντος) Ἀργείου
 VI 22 [στρ(ατηγοῦντος) Ἀργείου]? (τὸ β'
 VIII 30 στρ(ατηγοῦντος) Λεοντοκράτους
 IX 36 στρ(ατηγοῦντος) Ἀργείου
 X 40 [τὴν α'] ἑ[ξάμ]ηρον στρ(ατηγοῦντος) [Γρ]αικῆίου
 X 43 (στρ(ατηγοῦντος) Γραικῆίου)
 XI 45 στρ(ατηγοῦντος) Γραικῆίου (τὴν β' ἑξάμηρον)
 XII 49 στρ(ατηγοῦντος) ΚΑΜ(....)

Luculentissime apparet praetorem Graeceium esse eundem, qui titulorum IX 2, 21, 325 a eponymus est, quam opinionem ligaturae creberrimae atque multiplices huius inscriptionis maxime omnium

¹⁾ De cognomine atque formula ὁ καὶ Σώφρων apud Thessalos cf. JG. IX 2, 17 παρὰ Νεικολάου Νει[ζ]ολάου τοῦ καὶ Λου[κίου] aut IX 2, 16 v. 8; 538, 26.

²⁾ Ἐλιανοῦ pro Αἰλιανοῦ usitatissimum. Cf. e. g. Die Inschr. von Magnesia am Maeander nr. 201, 5 τροπευχον et nr. 307 γυνεῖος. Idem Philiscus eponymus est filius Aristonici (IX 2, 21).

commendant. De ceteris eponymis nisi pauca non dicemus. Argeius marmori IX 2, 1302 praescriptus est, cum ceteri omnes ignorentur. Ambigi potest, num Kern XII v. 49 *Καλλο* accurate exscripserit. Mea sententia aequae defendi potest *Κάμ[ωροϛ]*,¹⁾ cum ectypum *ΚΑΜ* praebere videatur. Sed hoc levidense est.

Iisdem temporibus, quibus hic titulus exsculptus est, duo alii praetores statuendi sunt adhuc certo loco non adscripti. Specto enim ad Hippocratidem atque Primum manumissionibus Larisaeis IX 2, 547, 4 et 548, 3 praescriptos, quos viri docti ad aetatem imperatoriam pertinere dixerunt universim. Sin autem e manumissionibus profecto atque urbis magistratibus horum titulorum nihil certi scimus, tamen aliquid adiuvant litteratura atque illae ligaturae, quas iam saepius tractavimus. JG. IX 2, 548 habet litteras compositas:

ϸ Ὀ ΗΝ Π ΔΕ ΤΕ ΑΕ ΟΕ ΓΗ ΕΕ ΜΕ ΝΗ ΗΕ ΜΩ ΩΖ

Easdem vel aliarum litterarum ligaturas permultas repperimus in titulo IX 2, 546, qui Cocceio Lyco praetore a. 131/132 p. Chr. incisus est. Sed etiam in manumissione IX 2, 302 similia inveniuntur, quam eadem aetate exaratam esse iam supra explanavimus.²⁾ Item ductus litterarum *Μ, Ξ* in stelis IX 2, 548 et 302 aequae occurrit.

Postquam autem de Primo indicavimus, pauca de Hippocratide dicere restat IX 2, 547: *Παρά Α(ουκίου) Τιτίου Ὀνησίμου τοῦ ταμίου τῆς πόλεως τὴν β' ἐξάμηνον ἐν στρατηγῶν Ἰπποκρατίδῃ.* Litterae sunt eadem atque in titulo IX 2, 548. Aliud addimus. In lapide IX 2, 548 v. 13 exaratum est: *Παρά Ὀνησίμου τοῦ ταμίου οἱ ἀπ]ελεύθε[ροί,* qua de causa minime dubium est, quin illi quaestores Larisaei fuerint iidem.³⁾

¹⁾ Exempla huius nominis: JG. IX 2, 218, 3. Cf. etiam Wilamowitz: *Timoth.* p. 65.

²⁾ *Γ Η ΝΗ ΜΕ ΝΗ ΝΕ ΓΕ ΜΕ ΝΕ*, atque aliae ligaturae.

³⁾ Neglenda non est pecunia, quam liberti IX 2, 547 v. 6 solvunt (*στατήρες*), quod vocabulum solum plerumque in titulis multo anterioris aetatis exscribebatur vel recentioris una cum denariis incidi solebat. Cf. JG. IX 2, 546 v. 9, 11.

His quoque temporibus fragmentum IX 2, 489 b decreto proxeniae subscriptum est, quam manumissionem nisi forma litterarum nulla alia re statuere possumus. Ψ , Λ significare videntur aetatem eorum lapidum, quos brevi ante tractavimus, vel recentiorem. Multo profecto autem maioris momenti est perquirere, num manumissio nomine praetoris ipsius definiatur. Infelici casu nisi *Δαμονίkov μη(νός) Όμολ[ω]λου ταμία κ. τ. λ.* non restat. Kern supplavit *ἐπι] Δαμονίkov*. Cum de hoc supplemento dubitarem, ectypum iterum iterumque inspexi, qui labor utilitatem praebuit. Nam abbreviatura CP perspicue legi potest. Itaque nihil impedimento est, quin Damonicum indici eponymorum inseramus.

Eadem ratione eponymos litteratura definiendi utemur nonnullos titulos perscrutantes, quos Cyretiis secundo p. Chr. n. saeculo esse incisos propter scripturam verisimillimum est. Alia argumenta aetatis horum lapidum cognoscendae desunt, cum neque magistratus urbis neque manumissores utilitati sint, qua erant in multis aliis manumissionibus. Litteratura quidem saeculum fere demonstrat, quo lapides IX 2, 342, 340, 339 sint inscripti. Primum dico de titulo IX 2, 342, qui maxime ligaturis proximus est tabulae IX 2, 546. Conferatis quaeso haec exempla, quibus illustratur:

HC Ö TC Π MN H

Neque neglegere volo illam miram litteram P v. 4, quam in antiquissimis titulis lapidicae usurpabant, quem usum postea in oblivionem pervenisse inscriptiones docent. Verisimile est illam formam alphabeto Romanorum in Asiam atque civitates Graecorum ab altero a. Chr. saeculo revertisse, imprimis autem imperatoribus Traiano, Hadriano esse usurpatam a quadratariis,¹⁾ quibus argumentis enisi Eupraxidem eponymum ad hanc aetatem revocavimus. Iisdem vel recentioribus temporibus ponimus Damonem filium A---, quo eponymo manumissio IX 2, 340 b 3 antecedens 340 a definitur. Formae litterarum aliquid nos adjuvant:

◇ HC Ö WN MH TE ◊ WK W Π N

Ligaturae ab iis, quibus lapidicae secundo p. Chr. saeculo utebantur, non differunt. Praeterea ne praetereatis angulatas formas

¹⁾ Cf. C. Paepcke: De Pergamenorum litteratura, p. 23.

litterarum omicron et omega \diamond ω in titulis prioribus raro usurpatas.¹⁾ Priusquam autem de Thessalorum litteratura nondum accurate viri docti scripserint, certissime has inscriptiones aliis definiendi argumentis deficientibus non ponere possumus. Ad eandem aetatem pertinet titulus Pagasaeus IX 2, 359 b, qui quattuor eponymos continet, sed non Thessalorum.²⁾ Illae manumissiones sunt incisae a Magnetibus, quod demonstrant mensium nomina Ἀρῆος, Ἐρμαιῶν, Ἀφροδισιῶν, quae fastis Thessalorum sunt ignota. Ligaturas reputantes ansam quandam habemus ad hos fere annos referendi JG. IX 2, 1269, 2: στρ(ατηγοῦντος) Δημητρίου τὸ β'. IX 2, 1284, 3: ἐν] στρατηγῶι Τιμασι- [θέωι. In illo marmore apparent ligaturae ΗϞ, ΗΝ atque curvata littera Ξ, cum hic scriptae sint litterae angulatae: \diamond , ν , \diamond .

Denique iisdem rebus permoti addimus JG. IX 2, 1270, 7:

ἐπὶ] στρατηγῶ Ἀ....

v. 11 στρ(ατηγοῦντος) - - εβαν - -

atque IX 2, 1342, 7:

στρ(ατηγοῦντος) [Ι]ά[σ]ωρος [του] [Ιά]σωρος.

Iterum eadem formae occurrunt:

Ν ΤϞ Η ΤΝΕ ΜΗΝ \diamond ΗΜ \diamond ΤΗΝ Τ ΝΕ

Illas corruptelas sanare non audeo neque propter difficultates probamus, quod Wilamowitz proposuit: Ἀλ]ε[ξ]άνδρου, cum spatium maius sit duabus litteris:

ΣΤΡΑ ΕΒΑΝ
ΑΕΥΘΕΡω

Quamquam titulus IX 2, 1342 saeculo p. Chr. scriptus est, nummus Graecus v. 4 occurrit, quem raro illis temporibus usurpatum esse iam alio loco pronuntiavimus (cf. IX 2, 546).

¹⁾ Cf. Larfeld: Hdb. der griech. Epig. II 490, qui de Atheniensibus scripsit: ω = ω , \diamond = o , ϕ = φ , Ψ die archaisierende Periode Hadrians beginnt hiermit. 120—210 p. Chr. cf. IX 2, 1268.

²⁾ Quod Hiller de Gaertringen in indice JG. IX 2 nos docuit.

Ex aetate Hadriani nummi praetorem Nicomachum praebent Mion. 54, sup. 88. Eisdem fere annis T. Aelium Sabinianum¹⁾ (JG. IX 2, 20) Thessalorum eponymum fuisse admodum probabiliter ex nomine gentili eius collegimus. Quaestione ad finem perducta restat, ut omnes praetores in tabulas colligamus atque incerta variaque addamus.

¹⁾ Kern errore aliquo inductus T. Aelium Sabinianum nummis esse notum scripsit. Sed nusquam alibi ille praetor occurrit nisi in titulo Hypataeo. Cf. etiam Kernii corrigenda p. VIII.

Caput V.
Fasti praetorum.

a. 196/195 a. Chr. n.	Pausanias filius	Echecratis	Pheraeus	p. 8
" 195/194 "	Amyntas	Cratis	Cierius	9
" 194/193 "	Aeacides	Calliae	Metropolitanus	9
" 193/192 "	Hippodromus	Andromachi	Larisaeus	9
" 193/192 "	Eunomus	Policliti	"	9
" 192/191 "	Eunomus II	"	"	9
" 191/190 "	Aeacides II	Calliae	Metropolitanus	10
" 190/189 "	Praylus	Phoxini	Scotussaesus	10
" 189/188 "	Eunomus III	Policliti	Larisaeus	10
" 188/187 "	Androstheneis	Itali	Gyrtonius	10—12
" 187/186 "	Thrasylachus	Alexandri	Atracius	12
" 186/185 "	Leontomenes	Damothoeni	Pheraeus	12
" 185/184 "	Pausanias	"	"	13
" 184/183 "	Sosipater	—	—	13—15
" 183/182 "	Theodorus	Alexandri	Atracius	15
" 182/181 "	Nicocrates	Phoxini	Scotussaeus	15
" 181/180 "	Hippolochus	Alexippi	Larisaeus	16—17
" 180/179 "	Cleomachides	Enei	"	17
" 179/178 "	Phrynus	Aristomenis	Gomphensis	17
paulo post 178 "	Pytheas			14
" "	Hippolochus II	Alexippi	Larisaeus	16
" "	Alexippus	Hippolochi	"	18
" "	Python (?)			17
a. 172/171 "	Hippias			18
circa a. 170 "	Proteas	Monimi	Metropolitanus	18
" 168 "	Peissaretus			19
" 168 "	Leon	Pausaniae	Metropolitanus	19
a. 169/168 "	Damothoenus			20
" 145/144 "	Homerus		Larisaeus	21
circa a. 145 "	Diotimus		Larisaeus	22
" 140 "	Thessalus	Thrasymedis	Pheraeus	20
" 140 "	Leon	Agesippi	Larisaeus	21
" 130 "	Pollichus	Phryni	Gomphensis	22
" 130 "	Timasitheus			22

circa a. 117 a. Chr. n.	Agasimus		Larisaeus	p. 23
" 117 "	Amyneus	Olympiadis	Cierius	23—24
initio p. saeculi "	Craterophon (?)			46
primo saeculo "	Thallus			24
a. 49/48 "	Androstheneus		Larisaeus (?)	25
iisdem fere annis	Hagesaretus			25
"	Petraeus		Gyrtonius (?)	25—26
"	Ptolemaeus	Themistogenis	Gyrtonius	26
"	Italus	Philisci	"	26
"	Diocles			26
"	Philocrates	Archelaidae		26
"	Eurydamas			31
"	Heraclides			31—32
"	Nicocrates			27
"	Mnesinachus			27
"	Philoxenides			27
"	Pherecrates			27
aetate Augusti	Nysander	Diodoti	Larisaeus	27
"	Isagoras	Nysandri	"	28—29
"	Callistratus I II			28
"	Cleomachus			29
"	Clearchus (?)			29
"	Lysicles			29—30
"	Eurydamas	Androstheneus		32
"	Euphronius	Pasiclis		33
paulo ante praeturam Augusti	Themistogenes	Androstheneus	Larisaeus	38
"	Eubiotus		Hypataeus (?)	38
eadem fere aetate	Cephalus			39
"	Lycus			39
post a. 27 a. Chr.	Augustus			38
aetate Augusti	Eurydamas	Agathanoris	Gomphensis	34
"	Sosander	Aristonoi		29—30 33—34
"	Petraeus II	Themistogenis (?)	Gyrtonius (?)	34
"	Criton			34
"	Sosander II fil.	Aristonoi		34
"	Agathanor	Eurydamantis	Gomphensis	35
"	Sospater			36
"	Xenon			37
"	Cyllus I III	Eubioti	Hypataeus	36—37
"	Meneclis			37
"	Timasitheus			22. 36
"	Cleanor (?)			36—37
"	Aristocrates			40

aetate Augusti	Aristophylus			p. 40
"	Cleomachides			40
"	Aristocles (?)			40
"	Aristophylus II			41
"	Antigonus		Gonnius	41—42
"	Harmon		"	42
"	Hermias			43
"	Megalocles			43
a. 14/13 a. Chr.	Apollodorus			47
circa Chr. n.	Hegesias			44—45
"	Demothereses			44
imperatore Tiberio	Antigonus			43—44
"	Lycus II			44
"	Megalocles			47
"	Asander			48—49
paulo ante Dicaeum	Philiscus	Eudemi		47
a. 41/42 p. Chr.	Apollodorus IV			48
" 42/43 "	Dicaeus			48
" 43/44 "	Eubiotus		Hypataeus (?)	47
" 44/45 "	Lycophron			48
" 45/46 "	Sosander			48
" 47/48 "	Phrynus (?)	Aristomenis		49
iisdem fere annis	Meneceates III (?)			49—50
imperatore Nerone ante mortem Agrippinae.	Lathychus			50
fortasse iterum post mortem Agrippinae.	Lathychus			50
aetate Neronis	Aristion			50
"	Alorchus (?)			50
"	Python			50
aetate Flaviorum	Eubiotus		Hypataeus (?)	41. 47
"	Flavius Polyeritus I II			41
"	Claudius Aristophylus.			41
"	Sosipater			41
aetate Domitiani	Thychus			50
a. 131/132 p. Chr.	Cocceius Lycus			50—51
" 132/133 "	Aristophylus			51
paulo ante "	Aelianus Philiscus	Aristonici		53—54
"	Isagoras II			53

paulo ante p. Chr.	Petraeus (?)	Heraclidis	p. 54
paulo ante 131/132	Amynder		54
p. Chr.	Sophon		
aetate Coccei Lyci	Hellanocrates		52—53
"	Julius Arno- philus		51—52
"	Andromenes		54
"	Eudemus		54
"	Argeius		54
"	Leontocrates		54
"	Argeius II		54
"	Oppius Grae- ceus Proclus		53—54
"	Kamon (?)		54—55
"	Hippocratides		55
"	Primus		55
"	Damonicus		56
"	Eupraxides		56
"	Damon	A - -	56
"	Demetrius II		57
"	A - -		57
"	- - εβav - -		57
"	Jason	Jason	57
"	Timasithens		22
imperante Hadriano	Nicomachus		58
"	T. Aelius Sabi- nianus		58

Epimetrum.

De titulo IX 2, 18 *στρατηγοῦντος*] *Ἐπικράτους* tacendum est, cum nihil eluceat, unde aetas definiri possit.

Titulus IX 2, 23 *στρατηγοῦντος Ἀθ* -- incisus est post annum 146, cum in antica parte eiusdem lapidis legamus titulum honorarium¹⁾ Q. Caecillii Metelli filii, qui inter annos 148—146 Macedoniam obtinuit.

Tum silentium tenemus de IX 2, 324 b *στρατηγοῦντος Ἀσκλάπωνος*²⁾ atque de eponymo tituli IX 2, 1301 b 2: *Ἱππρον*.

Hoc quoque loco commemorandus est titulus IX 2, 25, quem W. Rensch mea opinione recte ita interpretatus esse videtur: *οἶδε ἀπελεύθεροι τὰ γειν[όμενα τῆς στηλογραφίας ἔδωκαν]* | *[τῷ ταμί]α Ἀρχέ[α] στρατη[γοῦν]τος Ἀρ* ----- *[μηνὸς ---] τρισκαιδεκάτη* ---

Denique addimus nonnulla de titulo honorario IX 2, 103: *[δεδόχθαι ----- ἐπαινέσαι] Δαμόξενον Φιλοδήμον, Ἀρχίδαμον Νικοβούλον, Ἀσσιον Νικοκράτεος στρατηγήσαντας ἐνὶ ἐνιαυτῶι Η.. [καὶ] στεφανῶσαι αὐτούς κτλ.* Iam Hiller de Gaertringen in indice illis diffisus est arbitratus Damoxenum, Archidamum, Accium magistratus fuisse Itoni, quam opinionem sequor. Ex illo ἐνὶ ἐνιαυτῶι satis patet tres illos urbi Itono praefuisse.

Accedunt, quae in nummis in incerto relinquuntur:

Mion. sup. 25	<i>Μητροδόρου</i>
Mion. 15	<i>Ερ</i> --
Schlosser 4	<i>Σιμίον</i>
Perc. Gard. 36, 37	<i>Γανάνα?</i>
" 56	<i>Ξεννιπ ..</i>
Mion. sup. 35	<i>Φενιππον</i>
Leake II.	<i>Γεννιπ ..</i>
Mion. 43	<i>Ἀγακλῆς</i>
Perc. Gard. 62	<i>Ἰππαίτας</i>
Leake II.	<i>Ἰππαρχο .</i>
Perc. Gard. 54, 55	<i>Ἀλεξαν[όρο] .</i>

¹⁾ JG. IX 2, 37.

²⁾ Bull. Hell. XXVI 370, 375. „Asclapion“.

³⁾ Fortasse idem eponymus.

Stemmata gentilitia.

I. Hippolochus

Alexippus a. 214 *ταγός* Larisae JG. IX 2, 505, 517.

Hippolochus a. 181/180 praetor JG. IX 2, 102, 133.

post a. 178 iterum. JG. IX 1, 689. *ταγός* Larisae JG. IX 2, 506.

Alexippus	Hippolochus
post a. 178 praetor	JG. IX 2, 218
JG. IX 2, 11, 218, 323	<i>πρόξενος Θανμακῶν.</i>
JG. IX 2, 218	
<i>πρόξενος Θανμακῶν.</i>	

II. Eubiotus praetor circa a. 27 a. Chr. n.: IX 2, 415 a. v. 38.

Cyllus praetor aetate Augusti: IX 2, 543. 1041 c. 1043 b. fortasse

Eubiotus praetor a. 43/44 p. Chr.: IX 2, 206 III.

T. Flavius Cyllus *ἐπιμελητὴς Θεσσαλός*: Domitiani aetate civitate affectus. Bull. Hell. XXI 155.

T. Flavius Eubiotus: IX 2, 44.

III. Gyrtionii:

Italus

Androsthene praetor a. 188/87

ἀγωνοθετῶν τῶν Θεσσαλῶν JG. IX 2, 525

Themistogenes aetate Caesaris

Ptolemaeus praetor	Petraeus praetor	Androsthene
IX 2, 104, 109	Caes. b. c. 3, 35 vicit	<i>πρόξενος Θανμακῶν</i> IX 2, 219
	<i>ἀφιπποδρομῶν Larisae</i> IX 2, 534	

Perc. Gard. 22

III b. Larisaei:

Androsthene praetor a. 49/48 Caes. b. c. 3, 80. num. Berol.

Themistogenes praetor circa 27 a. Chr. n. IX 2, 415 a, *ταγός* Larisae IX 2, 532.

Androsthene	Eupalides
IX 2, 532, v. 26 <i>ἄνδρας</i>	IX 2, 531, v. 33 <i>παῖδας</i>
<i>στάδιον</i> vicit	<i>πανκράτιον</i> vicit.



Dissertationes philologicae Halenses:

- Vol. VI. pars II. 1886. Pag. 233—478. *N.* 4,—
 Inhalt: Oscarus Hauschild, De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Theodorus Voigt, De Atræi et Thyestæ fabula.
- Vol. VII. 1886. 396 S. *N.* 10,—
 Inhalt: Paulus Graetzel, De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis, ratione. — Adolffus Brinck, Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Eduardus Roellig, De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.
- Vol. VIII. 1887. 292 S. *N.* 7,—
 Inhalt: P. Roellig, Quae ratio inter Photii et Suidæ lexica intercedat. — Augustus Nebe, De mysteriorum eleusiniorum tempore et administratione publica. — G. Kalkoff, De codicibus epitomes Harpocrateae. — Ernestus Herforth, De dialecto cretica.
- Vol. IX. 1888. 312 S. *N.* 8,—
 Inhalt: Guilelmus Reinecke, De scholiis Callimacheis. — Ioannes Rosenboom, Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Wolframus Kausche, Mythologumena Aeschylea.
- Vol. X. 1889. 306 S. *N.* 8,—
 Inhalt: O. Liermann, Analecta epigraphica et agonistica. — G. Keil, De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.
- Vol. XI. 1890. 402 S. *N.* 9,—
 Inhalt: Aug. Hildebrand, De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Hermannus Pusch, Quaestiones Zenodoteae. — Guilelmus Meiners, Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.
- Vol. XII. pars I. 1891. Pag. 1—176. *N.* 4,80
 Inhalt: Ricardus Walther, De Apollonii Rhodii Argonauticorum rebus geographicis. — Hubertus Schmidt, Observationes archaeologicae in carmina Hesiodæa.
- — pars II. 1894. Pag. 177—387. *N.* 5,20
 Inhalt: Arthurus Gerstenhauer, De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. — Henricus Anz, Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.
- Vol. XIII. pars I. 1895. Pag. 1—104. *N.* 2,80
 Inhalt: Bruno Kaiser, Quaestiones de elocutione Demosthenica.
- — pars II. Pag. 105—160. *N.* 2,—
 Inhalt: G. Haupt, Commentationes archaeologicae in Aeschylum. Cum 3 tabulis.
- — pars III. 1896. Pag. 161—216. *N.* 1,60
 Inhalt: Harro Wulf, De fabellis cum collegii septem sapientum memoria conjunctis quaestiones criticae.
- — pars IV. 1897. Pag. 217—294. *N.* 2,—
 Inhalt: Conradus Haym, De puerorum in re scaenica graecorum partibus.

Dissertationes philologicae Halenses:

- Vol. XIV. pars I. 1898. Pag. 1—116. *M* 2,80
 Inhalt: Henricus Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum
 librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae.
- — pars II. 1898. Pag. 117—186. *M* 1,60
 Inhalt: Georgius Schwandke, De Aristophanis nubibus pri-
 oribus.
- — pars III. 1900. Pag. 187—284. *M* 2,40
 Inhalt: Gustavus Körtge, In Suetonii de viris illustribus
 libros inquisitionum capita tria.
- — pars IV. 1901. Pag. 285—415. *M* 2,—
 Inhalt: Rudolfus Ritter, De Varrone Vergilii in narrandis
 urbium populorumque Italiae originibus auctore.
- Vol. XV. pars I. 1901. Pag. 1—104. *M* 3,—
 Inhalt: Ernestus Lippelt, Quae fuerint Justinii Martyris
ἀπομνημονεύματα quaque ratione cum forma evangeliorum syro-
 latina cohaeserint.
- — pars II. 1903. Pag. 105—184. *M* 2,—
 Inhalt: Henricus Trueber, De hymno in Venerem Homericō
- — pars III. 1903. Pag. 185—304. *M* 3,—
 Inhalt: Rudolfus Ebeling, De tragicorum poetarum grae-
 corum canticis solutis.
- — pars IV. 1905. Pag. 305—466. *M* 4,—
 Inhalt: Richardus Lohmann, Nova studia Euripidea.
- Vol. XVI. pars I. 1902. Pag. 1—88. *M* 2,40
 Inhalt: Seth K. Gifford, Pauli epistolas qua forma legerit
 Joannes Chrysostomus.
- — pars II. 1904. Pag. 89—250. *M* 4,—
 Inhalt: Eduardus Turner, Quaestiones criticae in Platonis
 Lachetem. — Leopoldus Sadée, De Boeotiae titulorum dialecto.
- — pars III. 1906. Pag. 253—340. *M* 2,40
 Inhalt: Rudolfus Richter, De ratione codicum Laur. Plut.
 69, 2 et Vatic. 126 in extrema Thucydidis historiarum parte.
- Vol. XVII. pars I. 1906. Pag. 1—113 *M* 2,80
 Inhalt: Paulus Melcher, De sermone Epicteteo quibus rebus
 ab attica regula discedat.
- — pars II. 1907. Pag. 115—230. *M* 3,—
 Inhalt: Ioannes Bertheau, De Platonis epistula septima.
- — pars III. 1907. Pag. 231—336. *M* 3,—
 Inhalt: Maximilianus Schamberger, De P. Papinio Statio
 verborum novatore.
- — pars IV. 1907. Pag. 337—384. *M* 1,20
 Inhalt: Adolphus Loercher, De compositione et fonte libri
 Ciceronis, qui est de fato.
- Vol. XVIII. pars I. 1908. Pag. 1—64. *M* 2,40
 Inhalt: Guilelmus Kroog, De foederis Thessalorum praetoribus.